ALIUD. Si cum minus habeat Filius, implet universa: ubinam major illa Patris capacitas collocabitur? Licebit enim exempli causa quasi de rebus corporeis ita loqui, cum rerum incorporearum magnitudo et immunitio aliter intelligatur.

ALIUD. Si quod est super omne nomen Deus est, et hujus hæres cum sit Filius, perfectus esse non potest quia minor: esse super omnia nihil magni est, hoc autem est Deus. Sed absurdum est ita sentire aut loqui: perfectus igitur est Filius, utpote: super omne nomen, et Deus.

ALIUD. Si natura divina quantitatis est expers, et in rebus aliquantis minus reperiri solet: quomodo minor intelligatur secundum naturam Filius, Deus cum sit? Non enim quantitatis expers erit, quamvis respectu Patris minus habere ipsum dicant.

ALIUD. Beatus Joannes de Filio 22 ait, «non ad mensuram dare Spiritum<sup>47</sup>», dignis nimirum. Cum ergo mensura non sit in Filio, immensus est igitur, et omnem quantitatis comprehensionem superat utpote Deus: quomodo ergo minor est ille qui mensura non capitur?

ALIUD. Si minor Filius, major autem Pater est, diverse nimirum nec simili ratione pro suo quisque modo sanctificationem nostram perficient: et magis quidem Pater sanctificabit, minus autem, ac pro suo modulo Filius. Erit igitur Spiritus quoque

<sup>46</sup> JOAN. I, 16. <sup>47</sup> JOAN. III, 34.

duplex, et minor quidem in Filio, sed in Patre A major. Et perfecte quidem sanctificabuntur qui a Patre, ac vicissim non perfecte qui per Filium. Atqui multa est in his rationum absurditas. Unus enim est sanctus Spiritus, una et perfecta sanctificatio, quæ a Patre per Filium naturaliter præbentur. Non ergo minor est qui eandem habet cum perfecto Patre operationem, quique Patris Spiritum habet, naturæ suæ bonum, viventem ac subsistentem, quemadmodum nempe et Pater.

ALIUD. « Si in forma et æqualitate Patris<sup>99</sup>, erat Filius, juxta Pauli sententiam, quomodo minor ipso est? Non enim certe incarnationis ratio, et ea quæ dicitur humiliatio dignitate naturali Filium nudabit cum secundo adventu cessatura sit. « Veniet » enim omnino, ut eum dicentem accepimus, « in gloria Patris sui<sup>100</sup>. » Quomodo igitur in gloria est Dei Patris, qui minor ipso sit?

ALIUD. Invenitur alicubi per unum prophetam Deus ac Pater dicere: « Gloriam meam alteri non dabo<sup>101</sup>. » Interrogandi sunt igitur quicumque Filio impie detrahunt, imo vero Patri per ipsum: « Qui enim Filium non honorat, is nec Patrem quidem honorat<sup>102</sup>; » utrum tandem, sicuti existimant ipsi, Deo ac Patre minor existens Filius, consubstantialis sit ipsi, an non. Si consubstantialem esse dicunt, quid frustra minus ei tribuunt? Quæ enim ejusdem sunt substantiæ ac naturæ, minus in se profecto non habent quoad rationem substantiæ. Hoc autem est quod quærimus. Sed non assentientur forsitan, neque consubstantialem esse concedent Patri Filium, cum minor sit, ut ipsi volunt. Igitur diversus erit omnino et alienus a Patre. Quomodo itaque gloriam ejus habet? « Ei enim datus est, » ut ait beatus Daniel, « honor, et regnum<sup>103</sup>. » Vel enim **23** mentietur Deus et Pater dicens: « Gloriam meam alteri non dabo<sup>104</sup>; » vel si verax est, suamque gloriam dedit Filio, non alius utique est ab ipso, cum sit fructus substantiæ ipsius, ac verum genimen. Qui autem eodem modo se habet cum Patre, secundum naturæ rationem, quomodo ipso demum erit minor?

*Alia simplicia et inconnexa.*

Si omnipotens est Pater, et similiter Filius omnipotens, quomodo minor est ipso? Non enim si recte philosophamur, perfecti conditionem imperfectum assequetur. Et, si Dominus est Pater, Dominusque similiter est Filius, quomodo ipso minor est? Erit enim non perfecte liber, siquidem in dominatione minor est, nec habet in seipso consummatam dignitatem. Et, si lux est Pater, lux item Filius, quomodo minor est ipso? Erit enim non perfecte lux, sed ex parte tenebris comprehendetur, mentieturque evangelista, dicens: « Et tenebræ eum non comprehenderunt<sup>105</sup>. » Ei, si vita

καὶ τὸ Πνεῦμα διπλοῦν, καὶ μείον μὲν ἐν Υἱῷ, μείζον δὲ ἐν Πατρὶ. Καὶ τελείως μὲν οἱ παρὰ Πατρὸς ἀγιασθήσονται, οὐ τελείως δὲ πάλιν οἱ δι' Υἱοῦ. Ἄλλα πολλή τις ἐστὶν ἐν τούτοις ἡ τῶν λογισμῶν ἀτοπία. Ἐν γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν, εἰς δὲ τέλειος ἀγιασμὸς, παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ φυσικῶς χορηγούμενος· οὐκ ἄρα ἐλάττων ἐστὶν ὁ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχων τῷ τελείῳ Πατρὶ, καὶ τὸ τοῦ γεννήσαντος Πνεῦμα φύσεως ἰδίας ἔχων ἀγαθὸν, ζῶν, καὶ ἐνυπόστατον, ὡς περ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ Πατήρ.

ΑΛΛΟ. Εἰ « ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς » ὑπῆρχεν ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; Οὐ γὰρ δὴ που τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ λόγος, καὶ ἡ διὰ τοῦτο λεγομένη ταπεινωσις, τοῦ κατὰ φύσιν προσόντος ἀξιώματος ἀπογομνῶσει τὸν Υἱὸν, λύσειν ἔχουσα τὴν δευτέραν ἐξ οὐρανοῦ παρουσίαν. « Ἦξει » γὰρ πάντως, ὡς ἠκούσαμεν λέγοντος, « ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. » Πῶς οὖν ὄλως ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς ὁ ἐλάττων αὐτοῦ;

ΑΛΛΟ. Εὐρίσκειται που λέγων δι' ἐνδὸς τῶν προφητῶν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Τὴν δόξαν μου ἐτέρῳ οὐ δώσω. » Ἐρωτητέον τοιγαροῦν τοὺς ὄσοι τὸν Υἱὸν ἀτιμάζουσιν ἀσεβῶς, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ καὶ τὸν Πατέρα· « Ὅ γὰρ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷ »· « Πότερόν ποτε, καθάπερ ὑπειλήφασιν αὐτοὶ, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐλάττων ὢν ὁ Υἱὸς, ὁμοούσιός ἐστιν, ὡς πρὸς αὐτὸν, ἡ οὐχί. Εἰ μὲν οὖν ἐροῦσιν, ὡς ἐστὶν ὁμοούσιος, τί μάλιστα τὸ ἐλάττων ἐπιφέρουσι αὐτῷ; Τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, οὐκ ἂν ὄλως ἔχοι καθ' ἑαυτῶν τὸ μείζον, κατὰ γε τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον. Τοῦτο δὲ πάντως ἐστὶ τὸ ζητούμενον. Ἄλλ' οὐ συνθήσονται τυχόν, οὐδὲ ὁμοούσιον εἶναι δώσουσι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, ὡς ἐλάττονα κατ' αὐτούς; οὐκοῦν ἕτερος ἐστὶ παντελῶς καὶ ἀλλότριος τοῦ Πατρὸς. Πῶς οὖν ἔχει τὴν δόξαν αὐτοῦ; « Αὐτῷ γὰρ ἐδόθη, » καθά φησιν ὁ μακάριος Δανιηλ, « ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία. » Ἡ γὰρ διαψεύσεται λέγων ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Τὴν δόξαν μου ἐτέρῳ οὐ δώσω. » ἡ εἴπερ ἐστὶν ἀληθής, δέδωκε δὲ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τῷ Υἱῷ, οὐχ ἕτερος ἄρα ἐστὶ παρ' αὐτὸν, καρπὸς ὑπάρχων τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ γνήσιον γέννημα. Ὁ δὲ ὡσαύτως ἔχων τῷ Πατρὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἐλάττων αὐτοῦ;

D Ἄλλα ἀπλᾶ καὶ ἀσύνδετα.

Εἰ παντοκράτωρ ἐστὶν ὁ Πατήρ, παντοκράτωρ δὲ ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; Οὐ γὰρ δήπου, κατὰ γε τὸν τῆς ἀκολουθίας λόγον, εἰς τὸ τοῦ τελείου μέτρον τὸ μὴ τέλειον ἀναβήσεται. Καὶ, εἰ Κύριός ἐστιν ὁ Πατήρ, Κύριος δὲ ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; Ἔσται γὰρ οὐ τελείως ἐλεύθερος, εἴπερ ἐστὶν ἐλάττων ἐν κυριότητι, καὶ οὐ πλήρως ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀξίωμα. Καὶ εἰ φῶς ἐστὶν ὁ Πατήρ, φῶς δὲ ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; Ἔσται γὰρ οὐ τελείως φῶς, καταληφθήσεται δὲ ἀπὸ μέρους ὑπὸ τῆς σκοτίας, καὶ ψεύσεται λέγων ὁ εὐαγγελιστής· « Ἡ σκοτία αὐτὸν

<sup>99</sup> Philipp. II, 6. <sup>100</sup> Marc. VIII, 38. <sup>101</sup> Isa. XLVIII, 11. <sup>102</sup> Joan. V, 25. <sup>103</sup> Dan. VII, 14. <sup>104</sup> Isa. XLVIII, 11. <sup>105</sup> Joan. I, 5.

οὐ κατέλαβε. » Καὶ εἰ ζωὴ ἐστὶν ὁ Πατήρ, ζωὴ δὲ ὁμοίως καὶ ὁ Υἱός, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστίν; Οὐ γὰρ ἐστὶ τελείως ἐν ἡμῖν ἡ ζωὴ, κἂν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικήσει Χριστός· νεκροὶ δὲ πῶς κατὰ τι μέρος οἱ πιστεύσαντες, εἴπερ ἐστὶν οὐ τελείως ζωὴ, τὸ ἔλαττον ἔχον ὁ Υἱός. Ἐπειδὴ δὲ χρῆ τὴν ἐν τούτοις ἀτοπίαν ὡς πορρωτάτω ποιεῖσθαι, τέλειον εἶναι φαμεν τὸν Υἱὸν ἐν τῷ τελείῳ Πατρὶ παρισούμενον διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον.

ΑΛΛΟ. Εἰ ἐλάττων ἐστὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, διὰ τε τοῦτο οὐχ ὁμοούσιος· ἕτερος ἄρα ἐστὶ κατὰ φύσιν καὶ ἀλλότριος παντελῶς· οὐκοῦν οὐχ Υἱός, ἀλλ' οὐδὲ ὄλωσθε Θεός. Πῶς γὰρ ἂν καὶ καλοῖτο Υἱός ὁ μὴ ἐκ Πατρὸς, ἢ πῶς ἔτι Θεός, ὁ μὴ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν; Τί φασιν ἐνταῦθα οἱ τοὺς μὴ τὴν εἰς τὸν Υἱὸν παραδεξαμένους πίστιν, ἀπεκτονότας δὲ μᾶλλον τοῦτον, εἰς τὸν Πατέρα πιστεύειν ἰσχυριζόμενοι; Ἐπειδὴ δὲ εἰς Υἱὸν ἐστὶν ἡ πίστις, ἔτι κατὰ τὸ εἰκὸς πλανώμεθα, τὸν ἀληθινὸν οὐκ ἐπεγνωκότας Θεόν. Ἀλλὰ τοῦτο ἀποπον. Πιστεύοντες δ' εἰς Υἱὸν, καὶ εἰς τὸν Πατέρα πιστεύομεν, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα δηλαδὴ. Οὐκ ἄρα ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς ἐλάττων, ἀλλότριος ὁ Υἱός, ἀλλ' ἐν ὡς πρὸς αὐτὸν, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν, ἴσως τε διὰ τοῦτο καὶ τέλειος.

ΑΛΛΟ. Εἰ μὲν Υἱός ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀναλάμψας Θεὸς Λόγος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ οὐχ ἐκόντας τοὺς δι' ἐναντίας ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτὸν ὑπάρχειν τῆς τοῦ Πατρὸς. Τοῦτο γὰρ ἡ κατὰ ἀλήθειαν υἰότης σημαίνει. Εἴτα πῶς ὁ τοιοῦτος ἐλάττων ἐστὶ τοῦ Πατρὸς Υἱός, εἴπερ ἐστὶν οὐσίας καρπός, οὐδαμῶθεν τὸ ἔλαττον ἐφ' ἑαυτῇ δεχομένης; Πάντα γὰρ τελείως ἐν τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς οὐδὲ Υἱός ἄρα νόθος δὲ ὡσπερ τις καὶ ψευδώνυμος. Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ Πατήρ, Πατήρ ἂν καλοῖτο δικαίως τε, καὶ ἀληθῶς. Υἱοῦ γὰρ οὐκ ἔντος τοῦ κατὰ φύσιν, δι' ὃν ἐστὶ Πατήρ, πῶς ἂν νοοῖτο Πατήρ; Ἀλλὰ τοῦτο ἀποπον. Ἐστὶ δὲ Πατήρ ἀληθινὸς ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὄλαι βῶσιν αἱ θεῖαι Γραφαί· Υἱός ἄρα πάντως ὁ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐλάττων· ὁμοούσιος γὰρ ὡς Υἱός.

ΑΛΛΟ. Τὸ τῆς πατριᾶς ἦτοι πατρότητος ὄνομα οὐκ ἐξ ἡμῶν ἔχει Θεός, ἀλλ' ἡμεῖς μᾶλλον ἐξ αὐτοῦ λαβόντες ὀρώμεθα. Πιστὸς δὲ ὁ λόγος Παύλου βῶντος ὡδί· « Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. » Ἐπειδὴ δὲ Θεός τὸ πάντων ἐστὶν πρεσβύτατον, κατὰ μίμησιν δηλονότι πατέρες ἡμεῖς, οἱ πρὸς τὸ ἐκείνου σχῆμα διὰ τοῦ πεποιθῆσθαι κατ' εἰκόνα, κεκλημένοι. Εἴτα πῶς, εἰπέ μοι, λοιπὸν οἱ καθ' ὁμοίωσιν γεγονότες αὐτῷ, κατὰ φύσιν ἐσμὲν τῶν οικειῶν τέκνων πατέρες, εἰ μὴ πρόσεστι τοῦτο τῇ ἀρχετύπῳ εἰκόني, πρὸς ἣν καὶ μεμορφώμεθα; Πῶς δ' ἂν ὄλωσθε τὸ τῆς πατριᾶς ἦτοι πατρότητος ὄνομα καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἐκβῆναι παρὰ Θεοῦ δοίη τις ἂν, εἰ γὰρ ὄντως οὐκ ἐστὶ Πατήρ; Φαίνεται γὰρ, ἂν οὕτως ἔχη, παντελῶς ἀνεστραμμένη τοῦ πράγματος ἡ φύσις, ἡμεῖς δὲ μᾶλλον αὐτῷ καθ' ὁμοίω-

<sup>45</sup> Ephes. III, 15.

A est Pater, vita item Filius, quomodo minor ipso est? Non enim est perfecte in nobis vita, quamvis in interiori homine Christus habitot, sed quadam ex parte mortui sunt credentes, siquidem non est vita perfecte, cum minus habeat Filius. Cum autem absurditatem illam in his longissime profligare oporteat, perfectum esse dicimus Filium perfecto Patri æqualem, propter perfectam identitatem substantiæ.

ALIUD. Si minor est Patre Filius, ac propterea non consubstantialis, alius utique secundum naturam, ac plane alienus. Igitur non Filius, sed neque prorsus Deus. Quomodo enim vocetur Filius, qui non est ex Patre, aut quomodo tandem Deus, qui non est ex Deo secundum naturam? Quid hic dicunt qui asserunt in Patrem credere non eos qui fidem susceperunt in Filium, sed qui hunc potius interfecerunt? Cum autem fides sit in Filium, adhuc, ut credibile est, erramus, verum non agnoscentes Deum. At hoc absurdum. Credentes autem in Filium, in Patrem quoque credimus et in Spiritum sanctum nimirum. Non est igitur quasi Deo ac Patre minor alienus Filius, sed unum quid cum ipso, propterea quod ex ipso est secundum naturam, et ideo æqualis ac perfectus.

ALIUD. Si Filius vere est is qui ex Deo Patre effulsit Deus Verbum, necesse omnino est adversarios vel nolentes confiteri, **24** ex substantia Patris ipsum existere: hoc enim vera filiatione significat. At quomodo is minor est Patre Filius, siquidem sit substantiæ fructus, quæ nullatenus in se minus suscipit? Cuncta enim perfecte sunt in Deo. Quod si non est ex substantia Patris, neque Filius est igitur, sed spurcius veluti quidam ac falsi nominis. Sed neque Pater ipse Pater juste ac vere vocetur: si enim Filius non est secundum naturam propter quem sit Pater, quomodo Pater intelligatur? Sed hoc absurdum. Est autem Pater verus Deus (hoc enim ubique Scripturæ divinæ clamant), Filius ergo est plane qui ex ipso naturaliter. Quod si Filius, non ergo minor. Consubstantialis enim est utpote Filius.

ALIUD. Paternitatis nomen non habet Deus ex nobis, sed nos potius ab ipso accepisse videmur. **D** Fidelis quippe est sermo Pauli clamantis: « Ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur <sup>28</sup>. » Cum autem Deus sit res omnium antiquissima, imitatione quadam et similitudine nos patres appellamur, quod ad ejus imaginem facti sumus. At quomodo, quæso, ad ejus facti similitudinem nostrorum filiorum patres sumus secundum naturam, si exemplari, cujus imitatione id habemus, hoc non inest? Quomodo denique paternitatis nomen etiam ad alios » Deo permanere concedetur, si Pater vere non est? Nam si ita se habet, eversa prorsus videtur rei natura, et nos ei Patris appellationem ad similitudinem nostram potius tribuimus, quam ipse nobis. Hoc enim ratio fateri coget

hæreticum vel invitum. Itaque mentitur testis ille A veritatis, qui ex ipso paternitatem omnem esse dicit, in cælo et terra. At hoc dicere est absurdissimum. Verax enim est qui magna fiducia dicit : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus »? » Et ex Deo paternitatis nomen etiam in nos defluit. Igitur secundum naturam est Pater Verbi; sed genuit non dissimilem sibi, ita ut aliquid in hoc minus sit quam in ipso. Nos enim ad imitationem ejus facti, minores illo sumus, sed qui a nobis eduntur æquales nobis sunt secundum naturæ rationem.

τὴν ἐκείνου, ἔχομεν οὐχ οὕτω τὰ ἐξ ἐαυτῶν γεννώμενα, ἴσα δὲ παντελῶς κατὰ γε τὴν τῆς φύσεως λόγον.

ALIUD. Ne veritatem vaser hæreticus ludificetur, B neque Filium Dei 25 Verbum fatendo nudum ei et verbis tenuis honorem tribuat, non esse ipsum ex substantia Patris asserens. Quomodo enim plane Filius est, si natura ita non est? Aut ergo detracta hypocrisis persona palam blasphemant, nec Deum nec Filium esse fatentes : aut si auctoritate Scripturarum convicti, et sanctorum doctrina tacti, veritatem reverentur, et Filium dicunt ac Deum, ne Patre minorem esse cogitent. Quomodo enim minus accipiet respectu Patris Dei, cum sit Deus Verbum? Nam et homo hominis dicitur, et est, filius, sed non erit idcirco patre minor, quatenus est homo. Homo enim homine, in quantum homo est, non est major aut minor, sed neque forsan angelus angelo, quatenus angelus, neque res ulla respectu alterius quæ sit ejusdem naturæ, et ejusdem essentia rationem sortita. Itaque si revera est Filius, necesse est dicere ipsum esse ex Patris substantia, omnes ejus proprietates in seipso ferentem naturaliter : et si natura Deus est Pater, Deus utique secundum naturam etiam est Verbum ex ipso genitum. Quomodo ergo minor erit Deus Deo, ea nempe ratione qua uterque Deus est?

ALIUD. Unde vobis, quæso, tanta audacia, ut dicatis inferioris conditionis esse Filium quam Patrem? quomodo vero minus accipiet? Existendi certe tempore, nemo vel maxime delirus putaverit. Est enim ante sæcula Filius, et ipse sæculorum est conditor : neque circumscribi tempore jure censebitur qui tempore quovis generationem antiquiorem habet. Sed neque magnitudinis quantitate ipso erit inferior : magnitudinis enim, et quantitatis, et corporis expers natura divina intelligitur, et est. Quomodo ergo minoratio ostendetur in Filio? In gloria forte, dicit aliquis, in virtute, in sapientia; dicant ergo, quantus sit in his et quam grandis Pater, ut ita dicam, ut minor demum Filius intelligatur ad illius mensuram comparatus : aut si incomprehensibilibus et immensis bonis est

σιν τὴν πρὸς ἡμᾶς τὸ Πατὴρ καλεῖσθαι δώσομεν, ἤπερ αὐτὸς ἡμῖν. Τοῦτο γὰρ ὁ λόγος συνομολογεῖν ἀναγκάσει καὶ ἀκοντα τὸν αἰρετικόν. Οὐκοῦν ψευδᾶται τῆς ἀληθείας ὁ μάρτυς, ἐξ αὐτοῦ λέγων πᾶσαν εἶναι πατριαν, ἐν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Ἄλλ' ἔστι τοῦτο φάναι τῶν ἀτοπωντάτων. Ἀληθεύει γὰρ ὁ θαρσήσας εἰπεῖν · « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ τῆς πατριᾶς ὄνομα καὶ εἰς ἡμᾶς καταβρεῖ. Οὐκοῦν ἔστι κατὰ φύσιν τοῦ Λόγου Πατὴρ · τέτοκε δὲ πάντως οὐκ ἀνῶμοιοι ἐαυτῷ, διὰ τοῦ τὸ Ἐλαττον ἔχειν, ἢ ἐν οἷσπερ ἔστιν αὐτός · οἱ γὰρ πρὸς μίμησιν γεγονότες ἡμεῖς;

ΑΛΛΟ. Μὴ σοφίζεσθω τὴν ἀλήθειαν ὁ ποικίλος εἰς λόγους αἰρετικὸς, μηδὲ Υἱὸν ὁμολογῶν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ψιλὴν αὐτῷ καὶ τὴν ἐν ῥήμασι μόνους χαρίζεσθω τιμὴν, οὐκ εἶναι λέγων αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς τοῦ Πατρὸς. Πῶς γὰρ ὄλως Υἱὸς, εἰ μὴ οὕτως ἔχει κατὰ φύσιν; Ἡ τοίνυν τὸ τῆς ὑποκρίσεως περιελόντες προσωπεῖον δυσφημεῖωσαν ἀναφανδόν, μήτε Θεὸν μήτε Υἱὸν ὁμολογούντες · ἢ εἴπερ ἐκ πάσης ἐλεγγόμνοι τῆς θείας Γραφῆς, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων λόγοις κατασφενδονούμενοι δυσωποῦνται τὴν ἀλήθειαν, καὶ Υἱὸν εἶναι λέγουσι καὶ Θεὸν, μὴ φρονεῖωσαν ὡς ἔστιν ἐλάττων τοῦ γεγεννηκότος. Πῶς γὰρ ὄλως ἐπιδέξεται τὸ Ἐλαττον ὡς πρὸς τὸν Πατέρα Θεὸν, Θεὸς ὢν ὁ Λόγος; Καίτοι καὶ ἀνθρωπος ἀνθρώπου χρηματίζει τε καὶ ἔστιν Υἱὸς, ἀλλ' οὐκ ἐλάττων ἔσται τοῦ Πατρὸς κατὰ γε τὸ εἶναι ἀνθρώπος · ἀνθρώπος γὰρ ἀνθρώπου, καθὼ ἀνθρώπος, οὐκ ἂν εἴη μείζων ἢ ἐλάττων, ἀλλ' οὐδὲ ἀγγελος ἀγγέλου τυχὸν καθὼ ἀγγελος, ἢ ἕτερόν τι τῶν ὄντων πρὸς πᾶν ὁμοφύεος, καὶ τὸν τῆς αὐτῆς οὐσίας λόγον ἀποκεκληρωμένον. Οὐκοῦν εἰ κατὰ ἀληθείαν ἔστιν Υἱὸς, ἀνάγκη λέγειν, ὡς ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, πάντα τὰ ἐκείνης ἴδια φέρων ἐν ἐαυτῷ φυσικῶς · καὶ εἰ φύσει Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς δηλονότι κατὰ φύσιν καὶ ὁ Λόγος ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθείς. Πῶς οὖν ἐλάττων ἔσται Θεὸς Θεοῦ, καὶ ταῦτ' ὅτι τοῦτο τὸ εἶναι Θεός;

ΑΛΛΟ. Πόθεν ὑμῖν, ὦ οὔτοι, πάρεστι τολμᾶν τὸ ἐν ἐλάττωσι κεῖσθαι λέγειν τὸν Υἱὸν, ἢ ἐν οἷς ἔστιν ὁ γεννήσας αὐτόν; κατὰ τίνα δὲ τρόπον τὸ Ἐλαττον ἐπιδέξεται; Κατὰ μὲν οὖν τὸν ἐν τῷ εἶναι χρόνον, οὐκ ἂν τις, οἶμαι, καὶ σφόδρα ληρῶν ὑπολάβοι. Προαιώνιος γὰρ ὁ Υἱὸς, καὶ αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητής, καὶ ὅτι οὐκ ἂν ὄλως περιορίζοιτο χρόνῳ τὸ χρόνου παντὸς πρεσβυτέραν ἔχον τὴν γέννησιν, νοηθεῖν εἰκότως. Ἄλλ' οὐδὲ ἐν ποσῷ τῷ κατὰ μέγεθος ἐλάττων αὐτοῦ ἀμεγέθης γὰρ, ἀποσός τε καὶ ἀπύματος ἢ θεία νοεῖται καὶ ἔστι φύσις. Πῶς οὖν ἄρα τὸ Ἐλαττον ἐπὶ τοῦ γεννηθέντος δειχθήσεται; Ἐν δόξῃ λοιπὸν, ἔρεῖ τις τυχόν, ἐν δυνάμει, ἐν σοφίᾳ. Λεγέτωσαν τοίνυν, πόσος ἔστιν ἐν τούτοις καὶ πηλίκος ὁ Πατὴρ, εἰ γε χρὴ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ἵνα νοηταὶ λοιπὸν ἐλάττων ὁ Υἱὸς, ὡς πρὸς ἐκείνο ἐκμετρούμε-

25 II Cor. xii, 3.



νος · ἢ εἴπερ ἐστὶν ἐν ἀκαταλήτοις καὶ ἀνεκμετρή-  
τοις ὁ Πατήρ ἀγαθός, καὶ πολὺ τὸ τῆς ἡμετέρας  
διανοίας ἀνατρέχουσι μέτρον, πόθεν ἐλάττονα λέγουσι  
τὸν Υἱὸν οἱ πάντα τολμῶντες ἐτοίμως Ἀρειανοί,  
πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ προσόντος αὐτῷ κατὰ φύσιν  
ἀξιώματος; Ἐλέγγεται γὰρ ἀντιπαράθεσι τῇ πρὸς  
τὸ μείζον τὸ ἐλαττον. οὐκ ἐκμετρομένης δὲ τῆς  
ἀξίας τοῦ Πατρὸς, ποία δεῖξις ἐν Υἱῷ τοῦ μειονεκτή-  
ματος;

ΑΛΛΟ. Ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ τῶν ἀνοσιῶν αἰρετικῶν  
ἔξεστιν ὄντως εἰπεῖν ἀληθεύοντας · « Οἱ δὲ ἐχθροὶ  
ἡμῶν ἀνόητοι. » Πῶς γὰρ οὐκ ἂν εἴεν πάσης ἀμα-  
θίας ἀνάπλεω, « μὴ εἰδότες μήτε ἀ λέγουσι, μήτε  
περὶ τίνων διαθεσθαῖονται; » καθάπερ ὁ Παῦλος φη-  
σιν. Ὅτου δὲ δὴ χάριν ἐπισκήπτειν αὐτοῖς οἰόμεθα  
δεῖν, ἐκεῖνός ἐστιν · Εἰ κατὰ ἀλήθειαν Θεὸν ἐκ Θεοῦ  
τοῦ Πατρὸς γεγενῆσθαι λέγουσι τὸν Υἱὸν, καὶ οὕτω  
πιστεύουσι, πῶς ἐλάττων ἐστὶ τοῦ Πατρὸς; Πολλῇ  
γὰρ ἐντεῦθεν ἀποτεγθήσεται λογισμῶν ἀτοπία, παν-  
ταγῇ τὸ δύσφημον ἔχουσα, καὶ ὅσαπερ ἂν τις καὶ  
μόνον ἀκοῦσαι παραιτήσεται. Εἰ γὰρ ὅλως Θεὸς κατὰ  
φύσιν ὑπάρχων ὁ Υἱὸς ἐπιδέξεται κατὰ τι γοῦν ἐφ'  
ἑαυτῷ τὸ ἐλαττον, ἀνάγκη λοιπὸν ἐννοεῖν, ὡς ἐστὶ τι  
μείζον Θεοῦ. Οὐκοῦν οὐκ ἐν τελειότητι τῇ κατὰ πᾶν  
ὄντιον ἢ τοῦ Πατρὸς οὐσία νοεῖται, κὰν ὑπάρχη φύ-  
σει Θεός · προκόψει δὲ ποι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸ μείζον,  
ἐλεγγόμενος, ὡσπερ εἰκόνη τῷ Υἱῷ, ὅτι πέρ ἐστὶ καὶ  
αὐτὸς τῆς τὸ ἐλαττον ἐπιδεχομένης οὐσίας. Φορέσει  
δὲ αὐτὸ δυνάμει, καὶ εἰ μὴ πω πέφόρεκεν · ἐπεὶ περ  
τὰ δεκτικὰ τιῶς ὄντα, δέξεται πάντως καὶ τὰ ὧν ἐστὶ  
δεκτικὰ, καὶ καιροῦ καλοῦντος εἰς τὸ παθεῖν οὐ παρ-  
αιτήσεται. Ἀλλὰ πολλῇ τις ἐν τούτοις ἡ δυσφημία  
φαίνεται. Οὕτε γὰρ προθήσεται ποι πρὸς τὸ μείζον  
ὁ Πατήρ, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐλαττον ἐπιδέξεται, διὰ τὸ  
εἶναι κατὰ φύσιν Θεός. Οὐκοῦν τὸ ἐλαττον οὐδὲ ὁ Υἱὸς  
ἐφ' ἑαυτῷ καταδέξεται, Θεὸς καὶ αὐτὸς ὑπάρχων  
κατὰ φύσιν, ἵνα μὴ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας κατ-  
ηγόρημα νοῆται τὸ ἐξ ἀμαθίας τῶν αἰρετικῶν ἐπι-  
νοηθὲν βημάτιον.

ΑΛΛΟ. Εἰ Υἱὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ καὶ  
Πατρὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ Λόγος ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ, ἢ  
κατὰ τὸν τῆς θεοπροποῦς ἀξίας λόγον, ἢ ὡς κατὰ  
φύσιν οὐκ ἔχων ἀπαρραλλάτως, ἢ κατὰ τι γοῦν τῶν  
ἐν τοῖς μειονεκτήμασι τρόπων, οὐκ αὐτοῦ τοσοῦτον  
ἔσται τὸ κατηγόρημα μᾶλλον, ὅσον τῆς οὐσίας ἐξ ἧς  
εἶναι πεπίστευται, εἴπερ ὅλως τὸ ἐλαττον, ἦτοι τὸ  
χεῖρον, ὡς πρὸς αὐτὸν ἀπογεννώσα φαίνεται, καίτοι  
τῆς γενητῆς καὶ πεποιημένης οὐκ ἀνεχομένης τοῦτο  
παθεῖν. Τίχτει γὰρ πάντως τὸ ὅμοιον ἑαυτῷ πᾶν  
ὑπερ ἐστὶ καρπογόνον. Εἰ δὲ ἄνω παντὸς κείσθαι  
πάθους τὴν θεῖαν τοῦ Πατρὸς ἐροῦσι φύσιν, ἔξω δη-  
λονότι καὶ τῆς ἐπὶ τοῦτο κατηγορίας κείσεται, ὡς δὲ  
ἀρχέτυπος οὐσα τῶν ἐν ἡμῖν ἀγαθῶν, οὐκ ἐλάττονα  
τὸν Υἱὸν ἀποτέξεται, ἀλλ' ἴσόν τε καὶ ὁμοούσιον,  
ἵνα μὴ καὶ ἡμῶν ἀπολυμπάνηται Θεὸς ὁ τοσοῦτον ὑπὲρ  
ἡμᾶς.

<sup>57</sup> 1 Tim. i, 7.

A præditus, et nostræ mentis captum multum exce-  
dentibus, undenam minorem dicunt esse Filium  
qui omnia temere audent Ariani, ad evertendam  
quæ ei naturaliter invest dignitatem? Comparatione  
26 enim majoris minus innotescit: Patris autem  
dignitatem non dimensi, quomodo diminutionem  
ostenditis in Filio?

ALIUD. De excrabiâ impietate hæreticorum  
certe et ex rei veritate dicere possumus: « Inimici  
nostri insani. » Quomodo enim omni genere de-  
mentis non pleni sint, qui « neque quæ loquuntur,  
neque de quibus affirmant intelligunt? » quemad-  
modum Paulus ait <sup>57</sup>. Causa autem propter quam  
B illos reprehendendos putamus, ea est: Si re vera  
Deum ex Deo Patre genitum esse dicunt Filium,  
atque ita credunt, quomodo minor est Patre?  
Hinc enim prodibit multa rationum absurditas,  
scilicet ubique blasphemias, et quas aures refu-  
giant. Nam si Deus secundum naturam cum sit  
Filius, quadamtenus in se minus capiat, necesse  
est tandem cogitare aliquid esse majus Deo.  
Igitur non in perfectione omnimoda substantia  
Patris intelligitur esse, quamvis natura sit Deus:  
sed ipse quoque in majus proficiet, in Filio sicut  
imagine ostendens se quoque esse substantia  
præditum quæ minus suscipit. Hoc autem potentia  
feret, licet adhuc non tulerit: nam quæ alicujus  
sunt capacia, ea utique suscipient quorum sunt  
capacia, et tempore ad suscipiendum vocante, non  
recusabunt. Sed multa in his blasphemia cernitur.  
Neque enim in majus Pater utique progredietur,  
sed nec minus suscipiet, propterea quod secun-  
dum naturam est Deus. Ergo neque Filius in  
seipso minus accipiet, Deus cum sit ipse quoque  
secundum naturam, ne supremam omnium essen-  
tiam lædere censeatur illa ex hæreticorum ve-  
cordia excogitata vocula.

ALIUD. Si Filius secundum naturam suam  
existens Dei ac Patris Verbum, minus est eo,  
sive divinæ majestatis ratione, sive quod secun-  
dum naturam suam non possit esse plane idem,  
aut certe alio quovis diminutionis modo, non  
tam is lædetur, quam ea ex qua creditur esse  
substantia, siquidem rem seipso minorem aut  
deteriorem gignere videtur, licet id creata et  
facta substantia non ferat. Gignit enim prorsus  
sibi simile, quodcumque fructiferum est. Quod si  
omni passione superiorem esse dicent divinam  
Patris naturam, expers utique illius labis erit,  
cumque primigenia sit omnium nobis bonorum  
27 essentia, non minorem gignet Filium, sed  
æqualem et consubstantialem, ne Deus, qui tan-  
topere nos excedit, nobis quoque sit inferior.

**ALIUD, per reductionem ad absurdum.** Seipsum æqualem Deo ac Patri ostendens, ait Christus alicubi ad suos discipulos : « Qui vidit me, vidit Patrem meum <sup>99</sup>. » At quomodo is qui secundum naturam talis est, qualem se vere asserit, immunitatem habiturus est, ut stulte nonnulli volunt? Nam si minor existens, in seipso Patrem ostendit nullo intercedente discrimine, ad Patrem immunitio pertinebit, qui in immutabili apparet imagine, Filio nimirum. At hoc absurdum. Igitur non minor est Filius, in quo Pater perfectus existens exprimitur.

**ALIUD.** Quomodo Filius minus quam Pater accipiat, qui citra culpam ait : « Omnia quæcunque habet Pater mea sunt <sup>100</sup>? » Et rursus, oratione ad Deum et Patrem conversa : « Omnia mea tua sunt, et tua mea <sup>101</sup>. » Si enim, ut temere nonnulli asserunt, revera minor est Filius, quoniam vere loquitur dum dicit ad Patrem : « Mea tua sunt, et tua mea ; » minus in Patrem cadet, et majus similiter in Filium, promiscuo rerum ordine, siquidem in altero quæ alteri insunt reperiuntur, et quod Patris est, hoc etiam est Filii. Et rursus, quodcunque Filii proprium esse videtur, istud est Patris. Nihil ergo dicere vetabit minorem esse Filio Patrem, et majorem Patre Filium. Sed vel cogitatu istud est absurdissimum. Æqualis igitur, et non minor est qui communes habet cum Patre essentialiæ prærogativas.

**ALIUD, ex eodem.** Si quæcunque habet Pater, hæc omnia sunt Filii, est autem in Patre perfectio : perfectus erit et Filius, qui habet quæ Patris propria sunt et eximia. Igitur non est inferior, ut impie hæretici sentiunt.

**ALIUD, per reductionem in absurdum, cum syllogismi complexione.** Dicant nobis qui inextinguibilem flammam in caput suum arcessunt, et etiam divinorum dogmatum rationem aversantur, ac variarum argutiarum **28** versutias, ad fraudem simpliciorum et subversionem excogitant, utrum tandem melior sit Pater Filio, cum major sit ipso, si Filius minor est, ut illi nugantur, an non. At, opinor, meliorem esse fatebuntur. Dicant ergo quidnam eximii habere Pater videbitur in eo quod majus habet, nisi melior est. Nam si nihil plane, soluta demum est omnis illa Filii reprehensio. Sin autem multum præstat, melior igitur est, utpote qui majus habet. Respondeant ergo, et nos doceant, si revera sapiunt, quam ob causam Filium Pater cum genuerit, non æqualem sibi genuit, sed minorem. Nam si melius videretur æqualem sibi per omnia genuisse Filium, quis facere istud prohiberet? Si enim aliquid prohibuerit, necessarium esse vel inviti fatebuntur, ut sit aliquid Patre majus. Quod si nihil plane prohibuit, sed cum potestate præditus esset, sciretque melius esse ut

**ΑΛΛΟ, διὰ τῆς εἰς ἀτοπον ἀπαγωγῆς.** Ἴσον αὐτὸν ἐπιδεικνύων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, φησὶ πῶς Χριστὸς πρὸς τοὺς οικεῖους μαθητὰς · « Ὁ ἑωρακὸς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου. » Εἶτα πῶς ὁ κατὰ φύσιν τοιοῦτος, ὅταν τε ὑπάρχων εἰς αὐτὸς ἀληθεῶν διασχυρίζεται, τὸ ἑλαττον ἐξεῖ κατὰ τῆν ἀβουλίαν ; Εἰ γὰρ ὑπάρχων ἐλάττων ἐν αὐτῷ δεικνύει τὸν Πατέρα, μηδεμιᾶς μεσολαβούσης παραλλαγῆς, ἐπὶ τὸν Πατέρα τὸ ἑλαττον ἀναβήσεται, ὡς ἐν ἀμεταποίητῳ φαινόμενον εἰκόνι τῷ Υἱῷ. Ἀλλὰ τοῦτο ἀτοπον. Οὐκοῦν οὐκ ἐλάττων ὁ Υἱὸς, ἐν ᾧπερ εἰκονίζεται τέλειος ὢν ὁ Πατὴρ.

**ΑΛΛΟ.** Καὶ πῶς ἂν τὸ ἑλαττον, ἢ ἐν οἷσπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς ἐπιδέξεται, λέγων ἀνεγκλήτως · « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμὰ ἐστὶν » καὶ πάλιν, ὡς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ὅτι « Πάντα τὰ ἐμὰ σὰ ἐστὶν, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ ; » Εἰ γὰρ ὄντως ἐστὶ κατὰ τῆν τινων ἀβουλίαν ἐλάττων ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ περ ἀληθεῖς λέγων πρὸς τὸν Πατέρα · « Τὰ ἐμὰ σὰ ἐστὶν, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, » χωρήσει καὶ ἐπὶ τὸν Πατέρα τὸ ἑλαττον, καὶ τὸ μείζον ὁμοίως ἐπὶ τὸν Υἱὸν, ἀδιαφορούσης τῆς τῶν πραγμάτων τάξεως, εἴπερ ἐν ἑκατέρῳ τὰ ἑκατέρῳ προσόντα φαίνονται, καὶ ὅπερ ἂν εἴη τοῦ Πατρὸς, τοῦτό ἐστι τοῦ Υἱοῦ, καὶ πάλιν, ὅπερ ἂν ὑπάρχον ἴδιον φαίνηται τοῦ Υἱοῦ, τοῦτό ἐστι τοῦ Πατρὸς · οὐδὲν οὖν κωλύσει λέγειν ἐλάττονα τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, καὶ μείζονα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν. Ἀλλ' ἐστὶ τῶν ἀτοπωτάτων, καὶ μόνον ἐκνοεῖν τι τοιοῦτον · Ἴσος ἄρα, καὶ οὐκ ἐλάττων ὁ κοινὰ πρὸς τὸν Πατέρα **C** τὰ τῆς οὐσίας ἔχων πλεονεκτήματα.

**ΑΛΛΟ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ.** Εἰ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ταῦτα πάντα ἐστὶ τοῦ Υἱοῦ, ἐστὶ δὲ ἐν Πατρὶ τὸ τέλειον, τέλειος ἐστὶ καὶ ὁ Υἱὸς ὁ τοῦ Πατρὸς ἔχων τὰ ἴδια καὶ ἐξάίρετα. Οὐκοῦν οὐκ ἐλάττων, κατὰ τῆν τῶν αἰρετικῶν δυσσέβειαν.

**ΑΛΛΟ, διὰ τῆς εἰς ἀτοπον ἀπαγωγῆς, μετὰ συλλογῆς συλλογισμοῦ.** Λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τῆν ἀσθεστον φλόγα καταχέοντες τῆς αὐτῶν κεφαλῆς, καὶ τῆν μὲν ἐν τοῖς θεοῖς δόγμασιν ὀρθότητα παραιτούμενοι, στροφὰς δὲ ποικίλων ἐπινοοῦντες συλλογισμῶν πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκεραιότερων καὶ ἀνατροπῆν, πότερον ποτε κρείττων ἐστὶν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, τὸ μείζον ὡς πρὸς αὐτὸν ἔχων, εἴπερ ἐλάττων ἐστὶ, καθὼς ἐκεῖνοι ληροῦντές φασιν, ἢ οὐχί. Ἀλλ' οἶμαι δὴ πάντως, ὅτι, Κρείττων, ἐροῦσι · λεγέτωσαν τοίνυν τί περισσὸν ἐν τῷ κεκλήσθαι τὸ μείζον ὁ Πατὴρ ἔχων φανέται, εἰ μὴ κρείττων ἐστίν. Εἰ μὲν γὰρ ὅλως οὐδὲν, λείπεται λοιπὸν ἤδη πᾶν τὸ ἐφ' Υἱοῦ κατηγορημα · εἰ δὲ πολὺ τι τὸ διάφορον ἐστὶ, κρείττων ἄρα λοιπὸν, ὡς ἔχων τὸ μείζον. Ἀπολογείσθωσαν τοίνυν, καὶ διδασκέτωσαν ἡμᾶς, εἴπερ εἰσὶν ὄντως σοφοί, τοῦ δὴ χάριν γεννήσας τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ οὐκ ἴσον αὐτῷ γεγέννηκεν, ἀλλ' ἐλάττονα. Εἰ μὲν γὰρ φαίνοιτο κρείττων τὸ ἴσον αὐτῷ κατὰ πάντα γεννῆσαι τὸν Υἱόν, τίς ὁ κωλύσας τοῦτο ποιεῖν ; Εἰ μὲν γὰρ τι τὸ κωλύσαν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν, ὁμολογήσουσι καὶ οὐχ ἐκόντες εἶναι τι τὸ μείζον τοῦ Πατρὸς. Εἰ δὲ τὸ κω-

<sup>99</sup> Joan. xiv, 9. <sup>100</sup> Joan. xvi, 15. <sup>101</sup> Joan. xvii, 10.

λύον ἦν ὄλος οὐδὲν, ἔχων δὲ τὴν ἐξουσίαν, καὶ εἰδώς, ὅτι κἀλλίον ἐστὶ γεννηθῆαι τὸν Ἰσὺν, βεβούληται τὸν ἐλάττωνα, φθόνος ἄρα περὶ αὐτὸν καὶ βασκανία γενομένη φαίνεται· οὐ γὰρ ἠθέλησεν ἀποδοῦναι τὸ Ἰσὺν τῷ Υἱῷ. Ἡ τοίνυν ἀδυνατήσῃ περὶ τὴν γέννησιν ὁ Πατήρ, ἢ βασκανός ἐσται κατὰ τὸ ἐκ τῶν συλλογισμῶν συναγόμενον θεώρημα, ἂν ἔχη τὸ ἐλάττω ὁ Υἱός κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον. Ἀλλὰ τοῦτο ἀτοπον· ἄνω γὰρ πάθους παντὸς ἢ θεία καὶ ἀκήρατος φύσις. Οὐκοῦν οὐκ ἐλάττων ὁ Υἱός, ἵνα μὴ τὸ Ἰσὺν ἀπολέσῃ, κατ' οὐδένα τρόπον ἀτονήσαντος τοῦ Πατρὸς περὶ τὸ Ἰσὺν ἑαυτοῦ γεννηθῆαι τὸν ἐξ αὐτοῦ, μήτε μὴν ἐκ βασκανίας κεκωλυμένου τὸ ἐθελῆσαι τὸ ἄμεινον.

ἌΛΛΟ. Αὐτός ποῦ φησιν ὁ Σωτήρ, ὡς εἴη μὲν αὐτός ἐν Πατρὶ, καὶ ὁ Πατήρ δὲ ὁμοίως ἐν αὐτῷ. Ἄλλ' ἐστὶ παντὶ που δῆλον, ὡς οὐ προσήκει νοεῖν, καθάπερ σῶμα ἐν σώματι, ἢ σκεῦος ἐν σκεύει, οὕτως εἶναι χωρητὸν ἐν Υἱῷ τὸν Πατέρα, ἢ αὖ πάλιν ἀντεμδιδάσθαι τρόπον τινὰ τῷ Πατρὶ, οὗτος δὲ ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ φαίνεται ὡς ἐν ταυτότητι οὐσίας ἀπαράλλακτον, καὶ τῆ κατὰ φύσιν ἐνότητι τε καὶ ὁμοιώτητι, ὥστερ ἂν εἴ τις καὶ ἐν εἰκόνι τὴν οἰκίαν καταθεώμενος μορφήν λέγοιτο πρὸς τινὰς ἀληθεύων, καὶ τὴν εἰς ἄκρον ἐξηχτημένην ἐμφέρειαν τοῦ οἰκείου σχήματος ἀποθουμάζοι βοῶν· Ἐγὼ ἐν τῆδε τῇ γραφῇ, καὶ ἡ γραφή δὲ ἐν ἐμοί· ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ὥστερ ἂν εἴ καὶ ἡ τοῦ μέλιτος γλυκαῖα ποιότης ἐντεθεῖσα γλώστῃ, περὶ ἑαυτῆς λέγοι· Ἐγὼ ἐν τῷ μέλιτι, καὶ τὸ μέλι δὲ ἐν ἐμοί· ἢ καὶ ὥστερ πάλιν ἢ ἐκ πυρὸς φυσικῶς προϊοῦσα θερμότης φωνὴν ἀπεισε λέγοι· Ἐγὼ ἐν τῷ πυρὶ, καὶ τὸ πῦρ δὲ ἐν ἐμοί. Ἔστι μὲν πως γὰρ τῶν εἰρημένων ἕκαστον ἐπινοία μεριστῶν, ἐν δὲ τῇ φύσει, καὶ ἐν ἐξ ἑνός, ἀμεριστῶ τινὶ καὶ ἀδιαστάτῳ προῶδι προκύπτον, ὥστερ καὶ χωρίζεσθαι δοκοῦν τοῦ ἐν ᾧτέρῳ ἐστίν· ὅμως δ' οὐκ εἴ καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τύπον τῶν ἐπ' αὐτοῖς νοημάτων ἢ δυνάμει, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ φαίνεται, καὶ ταυτὸν εἰσὶν ὅσον εἰς οὐσίαν ἀμφοτέρα. Εἰπερ οὖν, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον καὶ τὸ ἐν τῷ χαρακτῆρι παντελῶς ἀπαραιοῖον, ὁ Πατήρ ἐστὶν ἐν Υἱῷ, πῶς ὁ μέλις ἐν ἐλάττω κατ' ἐκεῖνους ὄντι τῷ Υἱῷ χωρήσει καὶ ὀφθησεται; Ἐπειδὴ δὲ ὄλος ἐστὶν ἐν αὐτῷ, τέλειος ἄρα πάντως ἐστὶν ὁ Υἱός, ὁ Πατρός.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Πρὸς τοὺς τολμῶντας λέγειν, ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐνδιόθετος καὶ φυσικός ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ Λόγος, καὶ ἕτερος ὁ παρὰ ταῖς θελαῖς Γραφαῖς λεγόμενος Υἱός. Ἔστι δὲ τῶν περὶ Εὐνόμιον ἢ τοιαύτη κακοδοξία.

Ὅστος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.

Ἀνακεφαλαίωσιν μὲν ὥστερ τινὰ τῶν ἤδη προειρημένων ἐν τούτοις ὁ εὐαγγελιστῆς ἐποίησατο. Προσθεὶς δὲ τὸ «Ὁὗτος, » μονονοῦχλ βοήσας ὁράται, «Ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ, » ὁ παρὰ τῷ Πατρὶ Λόγος, ὑπάρχων Θεός ἐκ Θεοῦ, οὗτός ἐστι καὶ οὐχ ἕτερος, περὶ οὗ τὸ σεμνὸν ἡμῖν πρόκειται σύγγραμμα. Ἔοικε δὲ πάλιν ἰὺ μάτην τοῖς εἰρημένοις ἐπενεγκεῖν τὸ, «Ὁὗτος ἦν

A æqualem gigneret, minorem maluit, invidia ergo et livore ductus videtur; noluit enim æqualitatem dare Filio. Aut ergo impotens erit in generatione Pater, aut invidus, ut ex argumentatione perspicue colligitur, si minus habeat Filius, ut illi asserunt. Sed hoc absurdum: omnis enim passionis est expers divina et immortalis natura. Igitur non est minor Filius, ne æqualitatem perdat, cum nullo modo Pater viribus caruerit in generando sibi æquali Filio, neque livore prohibitus sit quominus vellet id quod melius esset.

ALIUD. Ipse alicubi Salvator ait se esse in Patre, et Patrem similiter in ipso. Sed patet omnibus non esse illud intelligendum, sicuti corpus in corpore, aut vas in vase, ita Patrem in Filio contineri, aut vicissim hunc quodammodo Patri imponi; sed hunc in illo, et illum in hoc esse videri, ceu in identitate substantiæ per omnia simili, et naturali unitate ac similitudine, veluti si quis in imagine formam suam contemplans, et exquisitam vultus sui similitudinem admirans, vere clamare dicatur: Ego in hac tabella, et, tabella in me est. Aut quemadmodum si dulcis qualitas mellis impressa linguæ de seipsa dicat: Ego in melle, et mel in me est; aut si calor ex igne naturaliter 29 prodiens emissa voce dicat: Ego in igne, et ignis in me. Unumquodque enim eorum quæ dicta sunt separabile est intellectu; sed unum natura, et unum ex uno inseparabili quodam et continenti progressu prodit, quemadmodum et ab eo in quo est separari videtur: verumtamen licet hunc concipiendi modum præ se ferant, alterum tamen in altero cernitur, et idem sunt utraqæ quoad substantiam. Si ergo propter perfectissimam identitatem substantiæ, et characteris omnimodam similitudinem Pater est in Filio, quomodo major in minore, ut illi volunt, Filio continebitur ac cernetur? Cum autem totus sit in ipso, perfectus utique prorsus est Filius, qui perfectum capit, et character est magni Patris.

τοῦ τελείου χωρητικῆς, καὶ χαρακτῆρ τοῦ μεγάλου

## D

## CAP. IV.

Adversus eos qui dicere audent, aliud esse internum et naturale in Deo et Patre Verbum, et aliud, quod Scripturæ divinæ appellant Filium. Est autem Eunomianorum error istiusmodi.

1, 2. Hoc erat in principio apud Deum.

Hic Evangelista summam quodammodo repetit quæ prius dicta sunt. Cum autem addit, «Hoc, » prope modum clamare videtur: «Quod erat in principio, » illud apud Patrem Verbum, Deus existens ex Deo, hoc, inquam, et non aliud est de quo sermonem facere in hoc libro proposuimus. Rursus autem non videtur frustra subiecisse illud:

<sup>1</sup> Joan. x, 38.

« Hoc erat in principio apud Deum. » Accepta enim a divino Spiritu rerum futurarum cognitione, non ignoravit, ut opinor, ac vere affirmare possumus, quosdam proditores perditionis artifices, diaboli aucupia, mortis laqueos, in cubacula et profundum inferni detrudentes eos qui præ imperitia attendunt iis quæ eructant de corde malo <sup>41</sup>. Instabunt vero, et in suum ipsi caput invalescent, dicentes, aliud quidem esse illud insitum in Deo Patre Verbum, aliud insito longe simillimum Filium, et Verbum, per quod Deus omnia operatur, ut sic Verbum Verbi, et imago imaginis, et splendor splendoris intelligatur. Quasi ergo jam illos impia ista prædicantes audiret, et adversus immanem scriptorum **30** ipsorum furorem merito commotus beatus evangelista, postquam multis verbis jam statuit, et, ut decebat, significavit unum, ac solum et verum de Deo, et in Deo et apud Deum esse Verbum, statim insert : « Hoc erat in principio apud Deum, » ut Filius nimirum apud Patrem, ut insitum ; ut ex ejus substantia, ut Unigenitum, « Hoc, » cum non sit secundum. Sed quoniam operæ pretium nobis esse puto, qui impietatem istiusmodi palam facere conamur, nudam eorum exponere blasphemiam, ad simpliciorum securitatem (cavebit enim quisquis didicerit, ac tanquam serpentem transiliet in medio latentem itinere) utiliter eorum doctrinam exponam, opposita contraria. Sic enim deinceps illa refutabitur iis modis quos nobis Deus concesserit, qui omnibus sapientiam largitur.

*Eusebii opinio de Filio Dei.*

Unigenitus, inquit, Dei Filius, non est ex se proprie Verbum ejus; sed internum illud Verbum Dei ac Patris in ipso movetur, et est semper. Qui autem ex ipso genitus esse Filius dicitur, internum ejus Verbum suscipiens, cuncta ab eo edoctus novit, et ad ejus similitudinem Verbum est et nuncupatur.

Jam ad confirmandam suam ut existimat impietatem, et perversas sententias istiusmodi neclit syllogismos, ut, quemadmodum scriptum est <sup>42</sup>, suorum peccatorum catenis miser constringatur.

Si Verbum, inquit, in Deo ac Patre naturale, et internum est ipse Filius, et consubstantialis est genitori, quid jam prohibet quominus Verbum sit, et vocetur Pater, utpote consubstantialis Verbo?

ITEM : Si Verbum est Dei ac Patris Filius, et præter ipsum non est aliud, per quodnam Verbum, inquit, Pater ad ipsum dicere comperitur : « Filius meus es tu ; ego hodie genui te <sup>43</sup> ? » Patet enim non absque verbo Patrem ad Filium fuisse locutum, cum id omne quod dicitur, in verbo utique dicatur, non aliter. Et ipse alicubi Salvator ait :

« ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Ὡς γὰρ ὑπὸ θεοῦ Πνεύματος εἰς τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν φωταγωγοῦμενος οὐκ ἠγνόησεν, ὡς γέ μοι δοκεῖ, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν ἀληθεύοντας, ὅτι περ ἀναφανοῦνται τινες ἀπωλείας ἐργάται, διαβόλου θήρατρα, θανάτου παγίδες, εἰς ταμεῖα καταφέρουσαι καὶ εἰς πέταυρον ἔδου τοὺς ἐξ ἀμαθείας προσέχοντας οἷς ἂν ἐκ καρδίας ἐρεύγονται πονηρᾶς. Ἐνστήσονται δὲ, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν ἀνδριουνταί κεφαλῆς λέγοντες, ἕτερον μὲν εἶναι τὸν ἐνδιάθετον ἐν Θεῷ Πατρὶ Λόγον, ἕτερον δὲ τινα καὶ τῷ ἐνδιάθετῳ λίαν ἐμπερέστατόν τε καὶ ὁμοίωτάτον τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον, δι' οὗ Θεὸς τὰ πάντα ἐργάζεται· ἵνα Λόγος Λόγου νοηταί, καὶ εἰκὼν εἰκόνος, καὶ ἀπαύγασμα ἀπαυγίσματος. Ὡσπερ οὖν ἤδη δυσφημοῦντων ἀκούσας αὐτῶν, καὶ πρὸς τὰς ἐκτόπους ἀπονοίας τῶν παρ' αὐτοῖς συγγραμμάτων εὐλόγως κεκινημένος ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς, ὀριστάμενος ἤδη καὶ διὰ πολλῶν, ὡς ἔδει, κατασημῆνας τὸν ἕνα, καὶ μόνον, καὶ ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἐν Θεῷ, καὶ πρὸς Θεὸν ὄντα Λόγον, ἐπιφέρει γοργῶς· « Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, » ὡς Υἱὸς δηλαδὴ πρὸς τὸν Πατέρα, ὡς ἕμφυτος, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὡς Μονογενῆς· « Οὗτος, » οὐκ ὄντος δευτέρου. Ἐπειδὴ δὲ προσήκειν ἠγοῦμαι τὰ περὶ τῆς τοιαύτης δυσσεβείας ἐξηγεῖσθαι σπουδάζοντας, γυμνοτέραν αὐτῶν καταστῆσαι τὴν δυσφημίαν, διὰ τῶν ἀκεραιότερων ἀσφάλειαν· φυλάξεται γὰρ ὁ μαθὼν, καὶ ὡς ὄρνις ὑπεραλείται, κατὰ μέσσην λαμβάνοντα τὴν ὁδόν· ἀναγκαίως αὐτὴν ἐκθήσεται, τὴν ἐκείνων, ὡς ἐν ἀντιθέσεως σχήματι. Λάβοι γὰρ ἂν οὕτω τὰς λύσεις ἐφεξῆς, καθ' οὗσπερ ἂν ἐπιδοίη τρόπους ὁ πάντα σοφῶν Θεός.

*Ἐννομιου δόξα περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.*

Ὁ Μονογενῆς, φησὶ, τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, οὐκ ἔστιν αὐτοκυριῶς ὁ Λόγος αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ μὲν ἐνδιάθετος Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐν αὐτῷ κινεῖται, καὶ ἔστιν ἀεὶ· ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεννηθῆναι λεγόμενος Υἱὸς, τὸν ἐνδιάθετον αὐτοῦ Λόγον δεχόμενος, πάντα τε οἰδὼν ἐκμαθῶν, καὶ καθ' ὁμοιότητα τὴν ἐκείνου Λόγος καλεῖται, καὶ ἔστιν.

Ἐἴτα πρὸς βεβαίωσιν, ὡς οἴεται, τῆς ἑαυτοῦ δυσσεβείας, καὶ τῶν διεστραμμένων ἐννοιῶν τοιοῦτους τινὰς ἀναπλέκει συλλογισμοὺς, ἵνα, καθὰ γέγραπται, ταῖς τῶν οικείων ἀμαρτημάτων σειραῖς· ὁ δὲ **Δ** λαιος κατασφίγγηται.

Εἰ ὁ Λόγος, φησὶν, ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ φυσικός τε καὶ ἐνδιάθετος αὐτός ἔστιν ὁ Υἱὸς, ἔστι δὲ ὁμοούσιος τῷ γεννησαντι, τί τὸ κωλύον ἐστὶ Λόγον εἶναι τε καὶ καλεῖσθαι τὸν Πατέρα, ὡς ὁμοούσιον Λόγῳ;

**ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ**· Εἰ ὁ Λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ παρ' αὐτὸν οὐκ ἔστιν ἕτερος· διὰ ποίου Λόγου, φησὶν, ὁ Πατὴρ πρὸς αὐτὸν εὐρίσκειται λέγων· « Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ; » πρόδηλον γὰρ ὡς οὐ δίχα λόγου τὰς πρὸς αὐτὸν διαλέξεις ὁ Πατὴρ ἐποίησαστο, ἐπεὶ πᾶν τὸ λαλούμενον ἐν λόγῳ παντὸς [ἴσ. πάντως] λαλεῖται,

<sup>41</sup> Prov. ix, 1. <sup>42</sup> Prov. vii, 22. <sup>43</sup> Psal. ii, 7.

καὶ οὐχ ἑτέρως. Καὶ αὐτὸς δὲ πού φησιν ὁ Σωτὴρ, « Ὅτι ἄ  
οἶδα τὸν Πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ. » Καὶ πάλιν · « Ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με. » Ὅτε τοίνυν ἐν λόγῳ μὲν ὁ Πατὴρ πρὸς αὐτὸν διαλέγεται, συνομολογεῖ δὲ καὶ αὐτὸς, ποτὲ μὲν ὅτι τηρεῖ τὸν λόγον τοῦ Πατρὸς, ποτὲ δὲ πάλιν, ὡς οὐ τὸν αὐτοῦ λόγον, ἀλλὰ τὸν τοῦ Πατρὸς ἤκουον οἱ Ἰουδαῖοι · πῶς οὐκ ἂν εἴη, φησὶν, ἀνευδοκίμως ὁμολογούμενον, ὡς ἑτερός ἐστιν ὁ Υἱὸς περὶ [Ἰσ. παρὰ] τὸν ἐνδιάθετον, ἥτοι τὸν ἐν γεννήσει νοηματικῆ Ἀλόγον, οὗ μετέχων καὶ ἀναπιμπλάμενος καλεῖται Ἀλόγος ὁ προφορικὸς, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἐκφαντικὸς, τοῦτ' ἐστιν, ὁ Υἱὸς; Τοιαῦτα μὲν οὖν ὁ παράφρων ἑαυτῷ συνείρει κακὰ, καὶ πάσαις ὁμοῦ ταῖς θείαις Γραφαῖς ἀντιφωνῶν οὐκ αἰσχύνεται, τὸ γεγραμμένον ἐφ' ἑαυτῷ δεικνύων ἀληθές · « Ὅταν εἴθῃ ἀσεβῆς εἰς βᾶθος κακῶν, καταφρονεῖ· » Αἴαν γὰρ βυτῶς ἐθάθονεν εἰς κάκωσιν ἐξ ἀνοίας ὁ θεομάχος, τὸ μὲν ἐξ ἀληθείας ὀρθοῦσθαι παραιτούμενος, τῇ δὲ σαθρότητι τῶν οικειῶν ὀκλάζων λογισμῶν· ὅτι γὰρ μονογενῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς αὐτοκυρίως ἐστὶν ὁ Λόγος αὐτοῦ, διὰ τῶν ὑποτεταγμένων εισόμμεθα.

*Λύσις ἐπεξεῖς τῆς Ἐυνομίου κακοδοξίας.*

Δυσμαθῆς ὁ παράφρων αἰρετικὸς. Πῶς γὰρ ἂν ὄλως εἰς καχότεχνον ψυχὴν εἰσέλθοι σοφία; ἢ τί τῶν τοιούτων γένοιτ' ἂν, εἰπέ μοι, κακοτεχνέστερον, οἷ γε κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκρόην ἀποστρέφουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους τῶν οικειῶν διανοημάτων εὐπετέστερον τρέχουσιν, ἵνα δὴ καὶ δικαίως ἀκούσειαν, οὐ τὰ ἐκ τῆς θείας λαλοῦντες Γραφῆς · « Οὐαὶ οἱ προφητεύοντες ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου. » Τίς γὰρ ἀπὸ στόματος Κυρίου λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν; Ὁ δὴ καὶ ποιοῦσι τινες τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἀνέδην κατασοβαρεύμενοι, καὶ καθάπερ ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν, πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες · φασὶ γὰρ, ἕτερον μὲν εἶναι τὸν φυσικὸν καὶ ἐνδιάθετον ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Λόγον· ἕτερον δὲ αὐτὸ πάλιν τὸν ὀνομασμένον Υἱὸν καὶ Λόγον· καὶ φέρουσι πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν, ὡς οἴονται, δόξης, μᾶλλον δὲ ἀχαλλένου δυσσεβείας, λέγοντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς πρὸς Ἰουδαίους ὁμιλίαις, ὅτι « Οἶδα τὸν Πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ. » πρὸς δὲ γε τοῦτῳ, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν εἰρημένον παρὰ τοῦ Πατρὸς, « Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἐωσφόρου ἐγέννησά σε. » Ἐτά φασι, τὸν ἐκ τοῦ οικείου πατρὸς ἰὸν ἐρευγόμενον· εἰ δὲ λαλῶν ἕτερος ὡς πρὸς τὸν ᾧ διαλέγεται, διαλέγεται δὲ διὰ Λόγου πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἕτερος ἄρα παρ' αὐτὸν ὁ ἔμφυτος ἂν εἴη Λόγος, ὃ ἐν ᾧ περ ἐποιεῖτο τὰς διαλέξεις ὁ Πατὴρ · καὶ πάλιν · εἰ αὐτός που, φησὶν, ὁ Υἱὸς τηρεῖ τὸν τοῦ Πατρὸς λόγον δισχυρίσαστο, πῶς οὐκ ἂν ἕτερος εἴη λοιπὸν ὁ τηρῶν παρὰ τὸν τηρούμενον; Πρὸς δὲ γε ταῦτα χλευστικῶς μὲν ἴσως οὐδὲν ἀντιλέγειν · « Δώσει γὰρ ὁ Κύριος ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » χρῆν δὲ γε τοὺς οἵπερ εἰσι τὴν τοιαύτην νοσοῦντες

« Quia novi Patrem, et verbum ejus servo <sup>66</sup>. » Et rursus : « Verbum quod auditis non est meum, sed ejus qui misit me <sup>66</sup>. » Cum igitur in verbo quidem Pater ad ipsum loquatur, simulque consistatur ipse, interdum quidem se Patris **31** servare verbum, interdum vero Judæos non audire suum verbum, sed illud Patris : quomodo non liquido constabit apud omnes alium esse Filium a verbo insito, aut in mente concepto, cujus cum participes et plenus sit Filius, Verbum enuntiativum appellatur, et substantiæ Patris expressivum. Hujusmodi mala sibi demens ille contexit, et omnibus simul Scripturis divinis reclamare non veretur, in seipso verum esse probans quod scriptum est : « Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit <sup>66</sup>. » Verissime enim detrusus est in profundum malitiæ præ sua dementia Dei hostis, nec erigi se veritate patitur, sed opinionum suarum carie ac situ labascit. Unigenitum enim Dei ac Patris Filium ex se proprie ejus esse Verbum, ex sequentibus agnoscemus.

*Refutatio erroris Eunomii.*

Hebescit demens hæreticus. Quomodo enim in malignam animam introierit sapientia? aut quid esse potest, quæso, his malignius, qui, ut scriptum est <sup>66</sup>, a veritate auditum avertunt, ad fabulas autem cogitationum suarum statim convertuntur, ut et merito audiant : « Væ qui prophetant de corde suo, et non ex ore Domini <sup>67</sup>. » Quis enim ab ore Domini loquens dicit anathema Jesu <sup>68</sup>? Quod nonnulli certe faciunt, pietatis dogmata impudenter proculcantes, et sicut prophetarum sanctorum unus dixit, omnia recta pervertentes <sup>69</sup>. Aiunt enim aliud esse naturale et insitum Deo ac Patri verbum, aliud rursus qui dicitur Filius et Verbum. Et ad asserendum suam, ut existimant, sententiam, imo vero effrenatam impietatem, afferunt Jesum Christum Dominum nostrum in suis ad Judæos sermonibus dicentem : « Quia scio Patrem, et verbum ejus servo <sup>70</sup>. » Præterea id quod ipsi a Patre dictum est : « Ex utero ante Luciferum genui te <sup>71</sup>. » At, inquit, venenum a suo patre acceptum eructantes, si qui loquitur alius est ab eo cui loquitur, Pater autem Filio per Verbum loquitur, aliud ergo ab ipso erit insitum Verbum illud in quo Pater loquebatur. Item : Si ipse alicubi Filius se Patris verbum servare asseruit, quomodo non aliud demum **32** erit id quod servat ab eo quod servatur? Hæc refellere non erit forsitan difficile : « Dabit enim Dominus verbum evangelizantibus virtute multa <sup>72</sup>. » Deceret autem eos qui tanta laborant inscitia meminisse dicentis : « O qui dereliquistis vias rectas, ut ambularetis in viis tenebrarum <sup>73</sup>! » Nobis autem consentaneum est ad eum qui in cælis est cla-

<sup>66</sup> Joan. viii, 55. <sup>67</sup> Joan. xiv, 24. <sup>68</sup> Prov. xviii, 5. <sup>69</sup> II Tim. iv, 4. <sup>70</sup> Jerem. xxiii, 26, 27. <sup>71</sup> I Cor. xii, 5. <sup>72</sup> Mich. iii, 9. <sup>73</sup> Joan. viii, 55. <sup>74</sup> Psal. cix, 5. <sup>75</sup> Psal. lxxvii, 12. <sup>76</sup> Mich. iii, 6.

mare doctorem. « Averte oculos, ne videant vanitatem <sup>74</sup>. » Vanitas enim profecto, et nugæ, ac nihil aliud sunt illa quæ ex ignorantia sua effluunt. Non enim quasi Verbum habeat ullum aliud in seipso Patris Filius, dixit se Patris servare verbum: neque ad nos venisse unquam affirmavit, quasi pædagogum quemdam ferret, sed tanquam solus inexistens Patri secundum naturam, et in se vicissim Patrem habens similiter, intercedente nullo: « Ego, » inquit, « in Patre, et Pater in me <sup>75</sup>; » non insitum illud, neque aliud quoddam Verbum, sed Pater in me. Quomodo igitur intelligendum est illud quod ad Judæos ab ipso dictum est, quæret aliquis, nec injuria. Cui ex rei veritate respondebimus quæ nobis in mentem venerint. Docerat Salvator obstinatissimum Judæorum populum, et paulatim a legali cultu auditores abstractuens, sæpius inelamabat: « Ego sum veritas <sup>76</sup>, » pro modo dicens: Excutite, quæso, vos, legale jugum: adorationem in spiritu suscipite: valeat tandem umbra, removeatur figura, veritas illuxit. Sed non omnibus recte facere videbatur quod Mosaica præcepta everteret, imo vero ad veritatem adduceret, ita ut nonnulli palam dicerent: « Si esset hic homo a Deo, non solveret Sab-  
bata <sup>77</sup>: » quod erat procul dubio condemnare peccati eum qui non novit illud. Istiusmodi Judæorum furores itaque diluens, omnem fastum quidem orationi subtrahit, et submisce, nec aperte edocere vult quod nihil præter voluntatem Dei ac Patris fecerit, qui non novit peccatum Filii. Verum, ne si apertius diceret, Peccatum non novi, rursus eos ut in se lapidibus sævirent, acueret; statim quippe ira fervidi et æstuantes dixissent: Uni Deo proprium est non peccare, tu autem homo cum sis, noli ea proferre quæ soli Deo conveniunt. Quod alias certe fecerunt, dicentes jure se cum lapidibus petere. **33** quod, cum esset homo, seipsum faceret Deum: obscurius Salvator, præsertim cum homo factus esset, et tanquam legi subditus cum legis subditis, sermonem dixit servare se Patris, pro modo iniquis: Nusquam Patris voluntatem prætergrediar; peccatum enim est in divinæ legis transgressione; ego vero non novi peccatum, cum sim Deus secundum naturam. Itaque cum doceo, Patrem non offendo. Cæterum nemo reprehendat eum qui legislator quidem est natura sua, sed propter similitudinem quam habet nobiscum, legem observat. Ait autem se Patrem nosse, non simpliciter, sicuti nos, ob istud solum, quod Deus est, sed ex eo quod ipse est, Patris naturam scire se confirmat. Quoniam vero mutationis nescium Patrem esse novit, scit etiam ninivum se immutabilem ex immutabili Patre. Quod autem mutationem nescit, quomodo peccare dicetur, ac non potius in propriis naturæ dotibus firmum consistere? Vana est itaque Judæorum obrectatio, qui

ἀμαθίαν ἀναμιμνήσκεισθαι τοῦ λέγοντος: « Ὁ οὐ ἐγκαταλιπόντες ὁδοὺς εὐθείας τοῦ πορεύεσθαι ἐν ὁδοῖς σκότους: » ἡμᾶς δὲ ἀκόλουθον πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀναφθέγγεσθαι μυσταγωγόν: « Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότῃτα. » Ματαιότῃς γὰρ ὄντως, λήρῃς τε καὶ ἕτερον οὐδὲν τὰ ἐκ τῆς ἐκείνων ἀπαιδευσίας κενοφρονούμενα: οὐ γὰρ ὡς Λόγον ἔχων ἕτερον οὐδένα ἐν ἑαυτῷ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, τὸν τοῦ Πατρὸς ἔφασκε λόγον τηρεῖν: ἀλλ' οὐδ' ὡς ἕτερον τινὰ παιδαγωγὸν ἐπικομιζόμενος πρὸς ἡμᾶς ἀφῆχθαι διςχυρίσατό ποτε, ὡς δὲ μόνος ἐνυπάρχων κατὰ φύσιν τῷ Πατρὶ, ἔχων τε αὐτὸ πάλιν ὁμοίως ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, μεσολαθοῦντος ἐτέρου μηδενός: « Ἐγὼ, φησὶν, ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί, » οὐχ ὁ ἑμφοτός, ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἕτερός τις Λόγος, ἀλλ' ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. Πῶς οὖν ἄρα νοῆσαι προσήκοι τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους εἰρημέ-  
νον, εἴποι τις ἂν ἡμῖν, καὶ μάλα εἰκότως: πρὸς δὲ τοῦτο ἐροῦμεν ἀληθεύοντες τὰ ἐκ νοῦν ἀναβα-  
νοντα τὸν ἡμέτερον. Ἐδίδασκεν ὁ Σωτὴρ τὸν δυσ-  
πειθέστατον τῶν Ἰουδαίων λαῶν [ἡρ. λαβν], καὶ κατὰ βραχὺ τῆς νομικῆς ἐξέλκων λατρείας τοὺς ἀκρω-  
μένους, ἐπεφώνει πολλάκις: « Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀλήθεια, » μονονοῦχὶ λέγων. Ἀποσείσασθε τὸν νομικὸν, ὡ οὗτοι, ζυγόν: καταδέξασθε τὴν ἐν πνεύματι λατρείαν: οἰχέσθω λοιπὸν ἡ σκιά, χωρεῖτω μακρὰν ὁ τύπος, ἐπέλαμψεν ἡ ἀλήθεια. Ἄλλ' οὐ πᾶσιν ἐδόκει ποιεῖν ὀρθῶς, ἀνατρέπων τὰ Μωσαίως, μᾶλλον δὲ ἀγων ἐπὶ τὸ ἀληθέστερον, ὡς καὶ τινὰς ἤδη βοῶν: « Εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὰ Σάββατα: » ὅπερ ἦν ἀντικρὺς ἀμαρτίαν κατα-  
φθίζεσθαι τοῦ μὴ εἰδότος αὐτῆν. Πρὸς οὖν τὰς τοιαύτας τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας ἀπολογούμενος, πάντα μὲν ὑφαιρεῖ τὸν ἐν τοῖς ῥήμασι κόμπον, ὑφειμένως δὲ, καὶ οὐ τραυῶς, ἐκδιδάσκειν βού-  
λεται, ὡς οὐκ ἂν τι παρὰ τὸ δοκοῦν ἐργάσατο τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁ μὴ εἰδὼς ἀμαρτίαν Υἱός: ἵνα δὲ μὴ γυμνότερον λέγων, Ἀμαρτίαν οὐκ οἶδα, παροτρύνῃ πάλιν αὐτοὺς εἰς τὸ καταλύειν αὐτόν: ἢ γὰρ ἂν εὐθύς ἀναξέζοντες εἰς ὀργὰς ἐπεπῆδων λέγοντες: Θεῷ μόνῳ τὸ μὴ ἀμαρτάνειν οἰκεῖον: σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν, μὴ λάλει τὰ μόνῳ πρέποντα Θεῷ. Ὅδη καὶ ἐτέρωθι που πεπράχασι, λέγοντες λιθάξιν αὐτὸν εἰκότως, ὅτι περ ἄνθρωπος ὢν, ἑαυτὸν ποιεῖ Θεόν: περιεσταλ-  
μένως ὁ Σωτὴρ, ἅτε δὴ καὶ ἄνθρωπος γεγωνός, καὶ ὡς ὑπὸ νόμον μετὰ τῶν ὑπὸ νόμον τὸν λόγον ἔφη τη-  
ρεῖν τοῦ Πατρὸς, μονονοῦχὶ λέγων: Οὐδαμοῦ τὸ τοῦ Πατρὸς θέλημα παρεκδήσομαι. Ἐν γὰρ τῷ τὸν θεῖον ἐξέρχεσθαι νόμον ἡ ἀμαρτία γίνεται: ἐγὼ δὲ ἀμαρ-  
ALIUD. Si Filius solus non est lux vera, sed in creaturam idipsum cadit, in nobis etiam erit. Quænam ergo ratio sanctos Patres induxit ut ad Deum clamarent: « Emitte lucem tuam et veritatem tuam<sup>41</sup>? » Quid vero utilitatis sibi fore putabant, dum eas voces identidem repeterent? Nam si norant indigere lucis hominem, et aliunde id ei accedere oportere: quomodo vere dicet aliquis, ipsum esse quoque veram lucem? Quod si nihil ei opus erat illuminante Verbo, cur frustra vocabant ipsum a quo nihil juvari poterant? At dici non potest sanctorum mentem deceptam fuisse, et præterea ipse Deus et Pater hominibus tanquam lucis indigis mittit Filium. Alius igitur secundum naturam est Unigenitus a creatura, ut qui ea quæ lucis indigent illuminat.

ALIUD. Si creaturam lucis indigere videmus, eam autem Unigenitus illuminat, non seipsam ad lucem agit creatura: non ergo est lux vera, sicuti Filius.

ALIUD. Si naturalis et vera lux non obtenebratur, vera autem lux est Unigenitus, et similiter vera lux est creatura, quamobrem de Filio quidem Scriptura dicit: « Tenebræ eam non comprehenderunt; » de nobis autem Paulus scribit: « In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium<sup>42</sup>; » et rursus Salvator ipse: « Donec lucem habetis, ambulate in luce, ut non vos tenebræ 68 comprehendant<sup>43</sup>? » Cunctis enim patet quod, nisi quidam nostrum tenebris involuti essent, nihil tale Salvator dixisset. Quomodo ergo natura idem sunt Unigenitus et creatura, immutabilis cum mutabili, impatibilis cum tenebris obsita, et quæ lucem amittere potest, ascititiam videlicet lucem habens, non natura sibi insitam?

ALIUD. Si Unigenitus lux vera solus non est, sed habet id quoque creatura, utpote ejusdem cum ipso naturæ, quo pacto nos tanquam ad Deum ac Patrem clamamus: « In lumine tuo videbimus lumen<sup>44</sup>? » Si enim sumus lux vera, quomodo illuminabimur in alio? Sin autem ut alieno lumine indigentes, hæc dicimus, patebit utique nos vere lucem non esse. Igitur neque ejusdem cum Verbo naturæ, quod nos tanto per naturam intervallo superat.

ALIUD explicatius. Dominus noster Jesus Christus in Evangelio reperitur dicens: « Hoc est autem judicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui

έν χρειᾷ καθεστηκόσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐπηγγέλλετο δώσειν αὐτὸν, καὶ λαβόντες πεφωτισμέθα. Ἔτερος ἄρα πρὸς τε ἡμᾶς, καὶ τὴν κτίσιν, ὅσον εἰς ταυτότητα φυσικὴν, ὁ Μονογενὴς, φῶς ὑπάρχων ἀληθινὸν, καὶ φωτίζειν πεφυκὸς τὰ φωτὸς δεόμενα.

ΑΛΛΟ. Εἰ μὴ μόνος ὁ Υἱὸς φῶς ἐστὶν ἀληθινὸν, ἔχει δὲ αὐτὸ καὶ ἡ κτίσις. Ἔσται δηλονότι καὶ ἐν ἡμῖν. Ποῖος οὖν ἄρα τοὺς ἀγίους ἀνέπεισε λόγος πρὸς Θεὸν ἀναβοᾶν: « Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀληθειάν σου; » Τί δὲ ἡμᾶς ἐντεῦθεν ὠφελήσῃ οἰόμενοι τὰς τοιαύτας πολλαῖς ἠφίεσαν, εἰπέ μοι, φωνάς; Εἰ μὲν γὰρ ἤδυσαν ἐν χρειᾷ φωτὸς ὑπάρχον ἐν ἄνθρωπον, καὶ τῆς παρ' ἐτέρου προσθήκης ἐπιδεᾶ, πῶς ἔρει τις ἀληθεύων, ὅτι φῶς ὑπάρχει καὶ αὐτὸς ἀληθινός; εἰ δὲ οὐκ ἔδειτο τοῦ φωτίζοντος Λόγου, εἰ μάτην ἐκάλουν τὸν οὐδὲν ὠφελήσαι δυναμένον; Ἄλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τῆς ἀληθείας ἀπεσφάλλετο τῶν ἁγίων ὁ νοῦς, καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὡς φωτὸς δεομένοις πέμπει τὸν Υἱόν. Ἔτερος ἄρα κατὰ φύσιν, ὡς πρὸς τὴν κτίσιν ὁ Μονογενὴς, ὡς φωτίζων τὰ φωτὸς δεόμενα.

ΑΛΛΟ. Εἰ φωτὸς ὄρωμεν τὴν κτίσιν ἐπιδεᾶ, φωτίζει δὲ αὐτὸν [γρ. αὐτὴν] ὁ Μονογενὴς, οὐχ ἑαυτὴν ἡ κτίσις ἄγει πρὸς τὸ φῶς· οὐκοῦν οὐδὲ φῶς ἀληθινὸν ὥσπερ ὁ Υἱός.

ΑΛΛΟ. Εἰ τὸ φύσει καὶ κατὰ ἀλήθειαν φῶς οὐ σκοτίζεται, φῶς δὲ ἀληθινὸν ὁ Μονογενὴς, καὶ φῶς ὁμοίως ἀληθινὸν ἡ κτίσις, ὅτου δὴ χάριν ἐπὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ τίθησιν ἡ Γραφή, τό: « Ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαθεν· » ἐφ' ἡμῖν δὲ ὁ Παῦλος: « Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων· » καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ: « Ἔως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτί, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ; » Πρὸβλητον γὰρ δῆπου πᾶσιν ἐστίν, ὡς εἰ μὴ τις αὐτὸ τῆς σκοτίας ἐνεχώρει καταλαμβάνεσθαι τῶν καθ' ἡμᾶς, οὐδὲν ἐφ' ἡμῶν τοιοῦτον ὁ Σωτὴρ. Πῶς οὖν ἐτι ταυτὸν εἰς φύσιν ὁ Μονογενὴς καὶ ἡ κτίσις, ὁ ἀναλλοίωτος τῆ ἀλλοιουμένη, παθεῖν οὐδὲν τῶν ἀδικούντων ἀνεχόμενος τῆ σκοτιζομένη καὶ ἀποκτησασθαι δυναμένη τὸν φωτισμὸν, ὡς ἐν προσθήκης μέρει προσόντα δηλονότι, καὶ οὐχὶ κατὰ φύσιν ἐβρίζωμένην ἐν αὐτῇ;

ΑΛΛΟ. Εἰ μὴ μόνος ὁ Μονογενὴς τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἀληθινὸν, ἔχει δὲ καὶ αὐτὸ ἡ κτίσις, ὡς ὁμοφυῆς αὐτῷ, κατὰ τίνα τρόπον ἀναδοῶμεν ἡμεῖς, ὡς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα: « Ἐν τῷ φωτί σου ὀφόμεθα φῶς; » Εἰ γὰρ φῶς ἐσμεν ἀληθινὸν, πῶς ἐν ἐτέρῳ φωτισθώμεθα; Εἰ δὲ ὡς χρῆζοντες ἐπεισάκτου φωτὸς, τὰ τοιαῦτά φαμεν, οὐκ ὄντες δηλονότι κατὰ ἀλήθειαν φῶς ἀλωσώμεθα. Οὐκοῦν οὐδὲ ὁμοφυεῖς τῷ τοσοῦτον κατὰ φύσιν ὑπὲρ ἡμᾶς ὑπάρχοντι Λόγω.

ΑΛΛΟ διηγηματικῶς. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὕρισκεται λέγων: « Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς. Ἦν γὰρ αὐτῶν πονηρὰ τὰ ἔργα. Πᾶς γὰρ

<sup>41</sup> Psal. xlii, 5- <sup>42</sup> II Cor. iv, 4. <sup>43</sup> Joan. xi, 55. <sup>44</sup> Psal. cxlv, 10.

ὁ τὰ φαῦλα πράττων, μισεὶ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. » Ἄλλ' εἴπερ ἐστὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Μονογενῆς, φῶς δὲ ὁμοίως ἀληθινὸν εἶναι δύναται, καὶ ἡ κτίσις· πῶς ὁ μὲν ἔρχεται φωτιῶν αὐτὴν, ἡ δὲ ἠγάπα τὸ σκότος; Πῶς δὲ ὅλως οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, εἴπερ ἐστὶν αὕτη τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν; Τὰ μὲν γὰρ φύσει προσόντα τισὶν ἐβρίζωμένην ἔχει τὴν φύσιν· τὰ δὲ αἰρετὰ κατὰ θέλησιν, οὐ τοιαύτην ἔχει τὴν στάσιν, οἷον φέρε εἰπεῖν· οὐκ ἐκ βουλήσεως τῆς ἰδίας τὸ ἀνθρωπος εἶναι λογικὸς κερτίζεται τις· ἔχει γὰρ αὐτὸ παρὰ τῆς φύσεως· ἔξει δ' οὖν ὁμοίως κατὰ θέλησιν τὴν αὐτοῦ, τὸ εἶναι πονηρὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἀγαπήσει τε ὁμοίως ἐπ' ἐξουσίας τὸ δίκαιον, ἢ τὸ ἐναντίον. Εἴπερ οὖν ἐστὶν ἡ κτίσις κατὰ φύσιν τὸ φῶς· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀληθινόν· πῶς οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἢ πῶς ἀγαπᾷ τὸ σκότος, ὡς οὐκ ἔχουσα δηλονότι κατὰ φύσιν τὸ εἶναι φῶς ἀληθινόν, προαιρετικὴν δὲ μᾶλλον ποιουμένη τὴν ἐπὶ τὸ ἀμεινον, ἢ τὰ χεῖρω βροτήν; Ἡ τοίνυν ἀποτολμάτωσαν οἱ δι' ἐναντίας μὴ φυσικῶς ἐνυπάρχειν τῷ Υἱῷ τὰ ὑπὲρ τὴν κτίσιν πλεονεκτήματα λέγειν, ἵνα γυμνότερον δυσσφημοῦντες ἐλέγχωνται, καὶ παρὰ πάντων ἀκούσωσιν, « Ἐξολοθρευθεὶς Κύριος πάντα τὰ χεῖλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλοβρόμιον, ἢ εἴπερ ὁμολογοῦσι σαφῶς οὐσιαστικῶς ἐνυπάρχειν αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ, μὴ συναππέτωσαν αὐτῷ πρὸς ἐνόητα τὴν κατὰ φύσιν, ἀποδέδεικται.

ἌΛΛΟ. Εἰ μὴ ὁ μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἀληθινόν, ἀλλὰ καὶ ἡ κτίσις, καθάπερ αὐτὸς, διὰ ποίαν αἰτίαν « Ἐγὼ εἰμι, » φησὶ, « τὸ φῶς τοῦ κόσμου; » ἢ πῶς ἀνεξήμεθα τοῦ καλλίστου πλεονεκτήματος ἀπογυμνοῦντες τὴν φύσιν, εἴπερ ὅλως ἐνδέχεται καὶ ἡμᾶς ἀληθινὸν εἶναι φῶς, ὡς ἐχούσης αὐτὸ καὶ τῆς γενητῆς οὐσίας; Εἰ δὲ ἀληθεύει λέγων ὁ Μονογενῆς, « Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » σχεσεὶ δηλονότι τῇ πρὸς αὐτὸν ἡ κτίσις, καὶ οὐκ ἐτέρως ἐστὶ φῶς. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ὁμοφυῆς αὐτῷ.

ἌΛΛΟ. Εἰ μὴ ὁ μόνος κατὰ ἀλήθειαν φῶς ἐστὶν ὁ Υἱός, κεῖται δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς γεννητοῖς· τί ποτε ἄρα ἐροῦμεν, ὅταν ἡμῖν ὁ σοφώτατος ἐπιστέλλῃ Πέτρος· « Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασιλεῖον ἱερατευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγεῖλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς; Ποῖον γὰρ ὅλως ἐν ἡμῖν ἐστὶ σκότος, ἢ ἐν ποίῳ γεγόνωμεν σκότῳ, καὶ αὐτοὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντες φῶς; κατὰ τίνα δὲ τρόπον ἀνακεκλήμεθα πρὸς τὸ φῶς, οἱ μὴ ὄντες ἐν σκότῳ; Ἄλλ' οὐ ψεύδεται τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ ὁ θαρσῆσας εἰπεῖν· « Εἰ [uulg. ἐπεὶ] δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Καὶ κεκλήμεθα « πρὸς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, » ὡς ἀπὸ σκότους ἄρα, καὶ οὐκ ἐτέρως· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, οὐκ ἄρα ἡ κτίσις κατὰ ἀλήθειαν φῶς, ἀλλὰ ὁ μόνος μὲν κυρίως τε, καὶ ἀληθῶς ὁ Υἱός, κατὰ μέθεξιν δὲ τὴν πρὸς ἐκεῖνον τὰ γενητὰ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ὁμοφυῆς.

Ἄλλα μετὰ παραθέσεως βητῶν, ἐξ ἀπλουστερῶν ἐννοῶν εἰς ὁμολογίαν συναγορῆν τοὺς ἐντευξομένους, οὗτος ὁ μόνος ὁ Υἱός τοῦ Θεοῦ τὸ φῶς

A male agit, odit lucem, et non venit ad lucem<sup>44</sup>. » At si lux vera est Unigenitus, et lux vera similiter esse potest creatura : quomodo ille quidem venit illuminaturus eam, hæc autem tenebras dilexit? Aut quomodo si lux vera est ad lucem non venit? Nam quæ natura nonnullis insunt, naturam radicis infixam habent; quæ autem a voluntate proficiscuntur, non tam firma ac stabilia sunt. Exempla gratia : nemo habet a voluntate ut sit homo rationis compos; id enim habet a natura : habet tamen a voluntate quod sit pravus aut probus et in ejus potestate est amplecti justum, aut contra. Si ergo creatura lux est secundum suam naturam, id est vera, quomodo ad lucem non venit, aut quomodo tenebras diligit, quasi natura lux vera esse nequeat, sed arbitrio suo ac voluntate modo in melius, modo in pejus feratur? Aut igitur adversarii supernaturales dotes in Filio naturaliter exsistere audacter negent, ut cognita illorum blasphemiam ab omnibus audiant : « Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam<sup>45</sup> » 69 : aut si fatentur supernaturalia bona ei substantialiter inesse, ne conjungant ei naturali unitate creaturam, quæ istiusmodi non est, ut antea demonstravimus.

ALIUD. Si non solum Dei Verbum vera lux est, sed creatura præterea sicut ipsum : quam ob causam ait : « Ego sum lux mundi<sup>47</sup> » ? » aut quomodo præclarissima dote spoliari sinemus creaturam, si fieri potest ut simus vera lux, utpote cum eam habeat quoque creata substantia? Quod si vere loquitur Unigenitus, cum ait : « Ego sum lux mundi, » relatione igitur ad ipsum creatura, nec alio modo erit lux. Quod si ita est, non est ejusdem cum ipso naturæ.

ALIUD. Si non solus secundum veritatem lux est Filius, sed hæc etiam rebus creatis convenit, quid respondebimus Petro scribenti : « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum<sup>48</sup> » ? » Quæ enim in nobis, quæso, sunt tenebræ, aut quibus in tenebris fuimus, cum ipsi quod lux simus secundum naturam? Quoniam autem modo revocati sumus ad lucem, qui non sumus in tenebris? At non fallitur præco veritatis, qui dicere ausus est : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus<sup>49</sup> » ? » Et vocati sumus « ad lumen ejus admirabile, » a tenebris utique, non contra. Quod si verum est, non est itaque creatura vera lux, sed solus proprie ac vere Filius, per participationem autem cum illo res creatæ. Ideoque nec ejusdem naturæ cum ipso.

Alia, cum simplicioribus argumentis, quibus probatur solum Dei Filium esse veram lucem, verum autem creaturarum naturam accepto ab eo lumine

<sup>44</sup> Joan. III, 19, 20. <sup>45</sup> Psal. XI, 4. <sup>47</sup> Joan. VIII, 12. <sup>48</sup> I Petr. II, 9. <sup>49</sup> II Cor. XIII, 5.

*collustrari, cum substantialiter lux esse nequeat, A sicut ille.*

Psalmista : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine <sup>90</sup>. » At qualis, obsecro, est vultus ille Dei ac Patris, cujus super nos signatum est lumen? Num Dei Filius unigenitus, illa per omnia similis imago, et qui proinde ait : « Qui vidit me, vidit et Patrem <sup>91</sup>? » Signatus enim est in nobis qui conformes nos sibi reddidit, et per suum Spiritum illuminationem impressit veluti divinam **70** imaginem credentibus in ipsum ut et ipsi nuncupentur ad ejus similitudinem dii, Deique filii. Sed si creata res sit vera illa lux, quomodo signata est in nobis? Lux quippe in tenebris lucet, ut scribit Joannes. Lux enim in luce quomodo conspicua fuerit?

ALIUD. Psalmista : « Lux orta est justo, » inquit <sup>92</sup>. Si lucem habenti, et illius non indigo, supervacua est. Sin autem ut non habenti lux oritur, lux ergo solus est Unigenitus, lucis autem creatura est particeps, atque idcirco alterius naturæ.

ALIUD. Psalmista canit : « Non enim in gladio suo possederunt terram, et brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui <sup>93</sup>. » Illuminationem Dei ac Patris hic rursus nominat revelationem quæ a Filio est per Spiritum, et singularum rerum quasi manuductionem, a quo uno servati sunt Israelitæ et Ægyptiorum tyrannide liberati. Si ergo non solus Unigenitus est lux vera, sed dignitas eadem **C** est in creaturis, quidni proprio lumine servati sunt Israelitæ, sed accepto alieno nec necessario lumine? Atqui manifestum est Unigenitum ut lucis indigentibus illuxisse : Igitur ipse unus est lux vera, eam autem ab ipso creatura consequitur per gratiam. Quod si ita est, quomodo ejusdem erit cum ipso naturæ?

ALIUD. Psalmista : « Beatus, » inquit, « populus qui scit jubilationem : Domine, in lumine vultus tui ambulabunt <sup>94</sup>. » Quidni potius ipsi in suo lumine ambulabunt? aut cur, quæso, aliunde accepta illuminatione sibi vix salutem conciliant, si reapse vera sunt ipsi lux, non secus ac ille Dei ac Patris vultus, hoc est Filius? Atqui nemini dubium est **D** Verbum creaturæ illuminationem largiri, ut indigenti, hanc autem accepto eo quod non habet, salvari. Quomodo ergo idem erunt quoad substantiam Unigenitus, et quæ per ipsum facta sunt?

ALIUD. Psalmista : « Exortum est in tenebris lumen rectis, » inquit <sup>95</sup>. Quomodo enim, quæso te, erit rectus in tenebris, cum sit etiam ipse lux vera, quandoquidem id habet quoque rerum creaturarum natura non secus ac Unigenitus? Quod si

ἔστι τὸ ἀληθινόν, ἢ δὲ τῶν γεννητῶν φύσις, ἐκ χορηγίας τῆς παρ' αὐτοῦ φωτίζεται, τὸ εἶναι φῶς οὐσωδῶς οὐκ ἔχουσα, καθάπερ ἐκεῖνος.

Ὁ Ψαλμωδός· « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Καὶ ποῖον ἔρα ἐστὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐ τὸ φῶς ἐφ' ἡμᾶς σεσημειώται; Ἡ πάντως ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱός, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, καὶ διὰ τοῦτο λέγων, « Ὁ ἑωρακὴς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα; » Ἐνεσημάνθη δὲ ἡμῖν, συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδείξας ἐαυτῷ, καὶ τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἰδίου φωτισμὸν ἐγγαράξας ὡς θεῖαν εἰκόνα τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἵνα καὶ αὐτοὶ χρηματίζοιεν ἡδὴ κατ' αὐτὸν θεοὶ τε καὶ Θεοῦ υἱοί· ἀλλ' εἴπερ ἦν τι τῶν γεννητῶν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, πῶς ἡμῖν ἐνεσημάνθη; Τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, κατὰ τὴν τοῦ Πνευματοφόρου φωνήν. Φῶς γὰρ ἐν φωτὶ πῶς ἂν γένοιτο καταφανές;

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμωδός· « Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, » φησὶν· εἰ μὲν ἔχοντι καὶ μὴ δεομένῳ, περιττόν. Εἰ δὲ ὡς οὐκ ἔχοντι τὸ φῶς ἀνατέλλει, φῶς ἔρα μόνος ὁ Μονογενὴς, φωτὸς δὲ ἡ κτίσις μέτοχος, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλοφυής.

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμωδός φησιν· « Οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτῶν ἐκληρονόμησαν γῆν, καὶ ὁ βραχίων αὐτῶν οὐκ ἔσωσεν αὐτοὺς, ἀλλ' ἡ δεξιὰ σου, καὶ ὁ βραχίων σου, καὶ ὁ φωτισμὸς τοῦ προσώπου σου. » Φωτισμὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὀνομάζει πάλιν ἐν τούτοις, τὴν ἐξ Υἱοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος ἀποκάλυψιν, καὶ τὴν εἰς ἕκαστα τῶν ὄντων χειραγωγίαν, ἧ δὴ καὶ μόνον διέσωσε τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀπήλλαξεν· εἴπερ οὐν οὐ μόνος ἐστὶν ὁ Μονογενὴς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ἐνυπαρχει δὲ καὶ τοῖς γεννητοῖς τὸ ἴσον ἀξίωμα, τί μὴ τῷ οἰκείῳ διεσώζοντο φωτὶ οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, προσθήκαις δὲ ὡσπερ ἀλλοτρῖου καὶ οὐκ ἀναγκαίου φωτὸς ἐφοδιαζόμενοι φαίνονται; Ἄλλ' ἐστὶ δῆλον, ὡς δεομένοις φωτὸς ἐπέλαμψεν ὁ Μονογενὴς· οὐκοῦν αὐτὸς μὲν καὶ μόνος τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἀληθινόν, δανείζεται δὲ παρ' αὐτοῦ τὴν χάριν ἡ κτίσις. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἂν εἴη λοιπὸν καὶ ὁμοφυής αὐτῷ;

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμωδός· « Μακάριος, » φησὶν, « ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν· Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται. » Διατί μὴ μᾶλλον ἐν τῷ ἰδίῳ καὶ αὐτοῖς βαδιούνται φωτὶ; τί δὲ, εἰπέ μοι, τὸν παρ' ἐτέρου συλλέγοντες φωτισμὸν, μόλις ἑαυτοῖς κατορθοῦσι τὴν σωτηρίαν, εἴπερ ὄντως εἰσὶ καὶ αὐτοὶ κατὰ ἀλήθειαν φῶς, ὡσπερ οὐν ἀμέλει, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῦτ' ἐστὶν, ὁ Υἱός; ἀλλ' ἐστὶν, οἶμαι, παντὶ τῷ καταφανές, ὅτι χορηγεῖ μὲν ὁ Λόγος ὡς δεομένη τῇ κτίσει τὸν φωτισμὸν, ἢ δὲ ὅπερ οὐκ ἔχει λαβοῦσα σώζεται. Πῶς οὐν ἐστὶ ταυτὸν εἰς οὐσίαν ὁ Μονογενὴς, καὶ τὰ δι' αὐτοῦ γεγονότα;

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμωδός· « Ἐξάνετειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσι, » φησὶν. Πῶς γὰρ ὄλωσ ἦν ὁ εὐθύς ἐν σκότει φῶς ὑπάρχων καὶ αὐτὸς τὸ ἀληθινόν, εἴπερ ἔχει τοῦτο καὶ τῶν γεννητῶν ἡ φύσις, ὡσπερ ὁ Μονογενὴς; Εἰ δὲ οὐκ ἔχουσι τοῖς εὐθέσι τὸ φῶς ἀπο-

<sup>90</sup> Psal. iv, 7. <sup>91</sup> Joan. xiv, 9. <sup>92</sup> Psal. xcvi, <sup>93</sup> Psal. cxii, 4.

11. <sup>94</sup> Psal. xliiii, 4. <sup>95</sup> Psal. lxxxviii, 16.

στέλλεται, πολλῶν ἡμῖν οὐ δεήσει λόγων· αὐτὴ γάρ ἡ τῶν πραγμάτων ἀναβολήσιν φύσις, ὡς οὐκ ἂν εἴη ταυτὸν εἰς οὐσίαν τῷ τελείῳ τῷ ἐπιθεῖς, τῷ δεομένῳ τῷ χορηγοῦν ἐκ πλεονασμοῦ.

ΑΛΛΟ. « Φωτίζου, φωτίζου, Ἰερουσαλήμ, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. » Εἰ μὲν οἴκοθεν ἔχει τὸ φῶς ἡ τῶν γεννητῶν φύσις, καὶ τοῦτο ἐστὶ κυρίως, ὅπερ εἶναι φαμεν τὸν Μονογενῆ κατὰ γε τὸ εἶναι φῶς ἀληθινόν, πῶς ἂν δεηθῆ τοῦ φωτίζοντος αὐτὸν [Ἰσ. αὐτῆν] ἡ Ἰερουσαλήμ; Ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐν χάριτος μέρεϊ τὸ φωτίζεσθαι λαμβάνει, μόνος ἄρα τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Υἱὸς ὁ φωτίζων αὐτῆν, καὶ ὅπερ οὐκ ἔχει διδούς. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐ πάντως καὶ ἕτερος κατὰ φύσιν, ὡς πρὸς αὐτόν;

ΑΛΛΟ. « Ἰδοὺ δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. » Πῶς γὰρ ὅλως ἐδεήθη φωτὸς ἡ ἐπὶ γῆς οὐσα λογικὴ κτίσις, εἴπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν αὐτῇ τὸ εἶναι φῶς τὸ ἀληθινόν; Ὡς γὰρ οὐκ ἐχούση ἤδη δέδωκεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸν ἴδιον Υἱόν· ἡ δὲ οὕτω λαβούσα δι' αὐτοῦ βρῆσιν τοῦ πράγματος, καὶ τῆς οικειᾶς φύσεως τὴν πενίαν, καὶ τοῦ φωτίζοντος Λόγου τὸ πλούσιον ἀξίωμα.

ΑΛΛΟ. « Καὶ νῦν ὁ οἶκος τοῦ Ἰακώβ, δεῦτε πορευθῶμεν τῷ φωτὶ Κυρίου. » Διὰ τί καὶ οὗτοι μὴ τῷ οικείῳ πορεύονται φωτὶ, δαδουχέϊ δὲ αὐτοῖς ὁ Μονογενῆς τὸ ἴδιον αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐντιθεὶς ἀγαθόν; Ἄλλ' οὐ τῷ οικείῳ θαρρήσαντες δανείζονται τὸ ἀλλότριον. Ὡς οὐκ ἔχοντες ἄρα, τοῦτο ποιεῖν ἐγνώκασιν.

ΑΛΛΟ. Ὁ Σωτὴρ· « Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » φησὶν· « ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἔξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Ἀποτολμάτω καὶ ἡ κτίσις τὴν τοιαύτην ἀναφθέγγεσθαι φωνήν, εἴπερ ἐστὶ καὶ αὐτὴ κατὰ ἀλήθειαν φῶς· εἰ δὲ ἀποφρίττει τὸ βῆμα, καὶ τὸ πρᾶγμα φθέγγεται τὸ ἀληθινὸν ὁμολογήσασα φῶς, τοῦτ' ἐστὶ, τὸν Υἱόν.

ΑΛΛΟ. Ὁ Κύριος, « Ἔως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε, » φησὶν. Ἄρα γὰρ ἔμελλον οὐ πιστεύοντες ἀπολέσαι τὸ φῶς, οἱ φῶς κατὰ φύσιν ὑπάρχοντες· εἴπερ ὅλως ἐνδέχεται τὴν γεννητὴν οὐσίαν τὸ φῶς εἶναι τὸ ἀληθινόν. Καὶ πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο ποτε; Ὅτι γὰρ ἐπὶ τῶν οὐσιωδῶς προσόντων τισὶν αἱ στερήσεις κατὰ τὸ παντελὲς ἐκ ῥαθυμίας συμβαίνουσιν, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἂν ἡ θέλησις τὴν κτῆσιν ἐργάζηται, καὶ ἐπὶ τῶν ὅσα δὴ πέφυκε προσγινοσθαί τε, καὶ ἀπογινοσθαί χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. Οἶον· λογικὸς μὲν κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ναυπηγὸς δὲ κατὰ θέλησιν, ἡ καὶ ἀσθενὴς τὸ σῶμα κατὰ συμβεθεκός. Ἄλογος μὲν οὖν οὐκ ἂν εἴη παντελῶς, τὴν δὲ γε ναυπηγικὴν ἐμπειρίαν ἀπολέσει, ῥαθυμίας τυχόν, καὶ τὸ ἐκ πάθους συμβεθεκός ἀποκρούσεται, θεραπελαίς τισὶν ἐπὶ τὸ ἀμεινον ἀνατρέχων. Οὐκοῦν τὰ οὐσιωδῶς προσόντα τισὶν, ἐβρίζωμένην ἔχει τὴν φύσιν. Εἴπερ οὖν ὅλως ἡ τῶν γεννητῶν φύσις τὸ φῶς εἶναι δύναται τὸ ἀληθινόν,

A lumen rectis mittitur, tanquam **71** ea carentibus, non multis verbis nobis opus est : ipsa quippe rerum natura clamabit non esse idem quoad substantiam cum perfecto id quod eget, neque cum indigo id quod affatim largitur.

ALIUD. « Illuminare, illuminare, Jerusalem : venit enim lumen tuum, et gloria Domini super te orta est <sup>66</sup>. » At si a se lumen habet rerum creaturarum natura, atque id proprie est, quod Unigenitum esse dicimus, nimirum lux vera, quomodo luce indigebit Jerusalem a qua illuminetur? Cum autem gratiæ loco illuminationem accipiat, solus ergo vera lux est Filius qui Jerusalem illuminat, eique lucem qua caret impertit. Quod si verum est, qui fieri potest ut non sit diversus ab ipso **B** secundum naturam?

ALIUD. « Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium <sup>67</sup>. » Quomodo enim, quæso, lucis indiguit rationalis ac terrena creatura, si quidem lux vera est per naturam? Ei quippe Deus ac Pater ceu non habenti suum dat Filium. Quo ita suscepto, ipso facto prædicat et suæ naturæ penuriam, et illuminantis Verbi locupletissimam dignitatem.

ALIUD. « Et nunc, domus Jacob, venite, ambulemus in luce Domini <sup>68</sup>. » Quidni sua luce hi quoque ambulat, sed eos illustrat Unigenitus, proprium essentiae suæ bonum ipsis inserens? At quicumque suo confidunt, alienum non quæritant. Istud ergo **C** faciunt, quasi non habentes.

ALIUD. Salvator, « Ego sum lux mundi, » inquit; « qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ <sup>69</sup>. » Istiusmodi vocem creatura audacter emittat, si est ipsa quoque vera lux. Sin autem id proferre exhorrescat, res ipsa prædicabit veram lucem esse Filium.

ALIUD. « Donec lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis <sup>70, 71</sup>, » inquit Dominus. Certe enim lucem amissuri erant, si non crederent, qui lux sunt secundum naturam, si fieri potest ut verum lumen sit creata substantia. At quomodo istud fieri unquam posset? Privationes enim in iis rebus quæ substantialiter insunt aliquibus omnino ex pigritia non contingunt, sed in iis quarum possessio voluntate acquiritur, et quæcumque ita comparatæ sunt, ut adesse et abesse queant absque subjecti interitu. Exempli gratia : rationalis quidem **72** est homo natura, fabricator navium voluntate, corpore æger, ex accidenti. Atqui fieri non potest ut ille sit irrationalis, hic autem fabricandarum navium artem amittet, pigritia nimirum, et morbi casum depellet iste curatione. Itaque quæ substantialiter insunt aliquibus, radicitus infixam habent naturam. Si ergo rerum creaturarum natura vera lux esse potest, quomodo

<sup>66</sup> Isa. LX, 1. <sup>67</sup> Isa. XLII, 6. <sup>68</sup> Isa. II, 3. <sup>69</sup> Joan. VIII, 12. <sup>70-71</sup> Joan. XII, 36.

lucem amittunt qui credere recusant, aut quomodo filii sunt lucis si qui credunt? Nam si lux ipsi quoque sunt per naturam, suiipsorum ergo filii vocabuntur. Quænam ergo merces erit creditibus? Sunt enim suiipsorum potius filii, etiam fide non suscepta. His ergo rationibus veritate discussa, dicemus Unigenitum solum esse veram lucem, creaturam autem lucis indigam, atque idcirco alterius naturæ.

ALIUD. « Dixit ergo illis Jesus: Adhuc modicum lumen in vobis est, ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant <sup>71</sup>. » Quibus dictis rationem quam prius attulimus, scite accommodabis. Quæ enim est natura lux, a tenebris non comprehendetur unquam.

ALIUD. Joannes: « Qui dicit se in luce esse, » inquit, « et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc <sup>72</sup>. » A proposito igitur lux est in nobis, et voluntate potius quam substantia rebus creatis inest, si qui odit fratrem in tenebris est. Lux autem secundum substantiam est Unigenitus, non enim arbitrariam habet illam dignitatem. Igitur neque ejusdem est naturæ cum rebus creatis, qui tanto eas intervallo superat.

ALIUD, *huic affine*. « Qui fratrem suum diligit, in luce manet <sup>73</sup>. » Charitas creaturis ea quæ non habent conciliat, lucem nimirum. Lux autem est Unigenitus: alius igitur est ab iis in quibus per charitatem est.

#### CAP. IX.

*Quod hominis anima ante corpus non existat, neque ob præcedentia peccata corpore includatur, ut nonnulli asserunt.*

I, 9. *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Recte theologus non solum existimat asserendum Unigenitum <sup>73</sup> veram esse lucem, sed dicta sua statim declarat, magna voce tantum non clamans: Lucem illam esse dico veram, « quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. » Nonne ergo, inquiet forsitan aliquis divina dogmata examinare solitus, angeli hominum mentem illuminant? Cornelius, obsecro, a quonam didicit eum qui sit baptizatus a Deo salvari <sup>74</sup>? Manue vero ille pater Gedeonis, nunquid per vocem angeli res futuras edoctus est <sup>75</sup>? Zacharias item propheta, nunquid aperte clamat: « Et dixit angelus qui loquebatur in me: Ego tibi ostendam quid sunt hæc <sup>76</sup>. » Rursus iisdem repetitis, nunquid clare ostendit angelos animo suo rerum occultarum cognitionem revelare? « Ecce enim, » inquit, « angelus qui loquebatur in me, stabat, et alius angelus egrediebatur in occursum ejus. Et dixit ad eum: Curre et loquere adolescentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Jerusalem, a multitudine hominum et jumentorum in medio

Α πῶς ἀπολλύουσι τὸ φῶς οἱ πιστεύειν οὐκ ἐθέλοντες, ἢ πῶς ἂν υἱοὶ φωτὸς γένωνται οἱ πιστεύοντες; Εἰ γὰρ εἰσι καὶ αὐτοὶ κατὰ φύσιν τὸ φῶς, ἐαυτῶν ἄρα χρηματιοῦσιν υἱοί. Καὶ ποῶς ἐστὶ τοῖς πιστεύουσιν ὁ μισθός; Εἰσὶ γὰρ μᾶλλον ἑαυτῶν υἱοὶ, καὶ τὴν πίστιν οὐ παραδεξάμενοι. Ἀπὸ δὲ τῶν τοιούτων ἐννοιῶν τὸ ἀληθὲς λογιζόμενοι, μόνον ἐροῦμεν εἶναι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τὴν Μονογενῆ, φωτὸς δὲ τὴν κτίσιν ἐπιθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἄλλοφυᾶ.

ΑΛΛΟ. « Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς: Ἐτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστὶ, περιπατεῖτε, ὡς τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Καὶ τοῖς προκειμένοις ἐφαρμόσει ἐντέχνως τὸν ἐν τοῖς προαποδομένοις λόγον. Τὸ γὰρ φῶς κατὰ φύσιν ὑπάρχον, οὐκ ἂν ὑπὸ σκότους καταληφθεῖ ποτέ.

ΑΛΛΟ. Ὁ Ἰωάννης: « Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ, » φησὶν, « εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. » Προαιρετικὸν ἄρα τὸ φῶς ἐν ἡμῖν, καὶ κατὰ θέλησιν μᾶλλον, ἢ κατ' οὐσίαν προσπέφυκε τοῖς γενητοῖς, εἴπερ ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ: φῶς δὲ κατ' οὐσίαν ὁ Μονογενῆς: οὐ γὰρ προαίρεσως ἔχει καρπὸν τὸ ἀξίωμα. Οὐκοῦν, οὐδὲ ὁμοφυῆς τοῖς γενητοῖς ὁ τοσοῦτον ὑπερκεῖμενος.

ΑΛΛΟ, *τούτῃ συγγενές*: « Ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει. » Ἡ ἀγάπη τοῖς γενητοῖς, ἄπερ οὐκ ἔχουσι προξενεῖ, τὸ φῶς δηλονότι. Φῶς δὲ ὁ Μονογενῆς: ἕτερος οὖν ἄρα ἐστὶ παρὰ τὰ ἐν οἷς ἐξ ἀγάπης γίνεται.

C

#### ΚΕΦΑΛ. Θ.

*Ὅτι οὐ προὔπαρχει τοῦ σώματος ἡ ψυχή, οὐδὲ ἐκ πρεσβυτέρων ἁμαρτημάτων ἡ σωματίωσις, κατὰ τινας.*

*Ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.*

Ἀσφαλῶς ὁ θεολόγος οὐ μόνον οἴεται δεῖν, ὅτι δὴ φῶς ὑπάρχει τὸ ἀληθινὸν ὁ Μονογενῆς ἐξεῖπειν, ἀλλ' ἐπάγει τοῖς εἰρημένους παραχρῆμα τὴν ἀπόδειξιν, μονοουχὶ καὶ συντόνῳ λίαν ἀνακεκραγῶς τῇ φωνῇ: Φῶς εἶναι φημὶ τὸ ἀληθινόν, « ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Ἐὰρ οὖν, εἴποι τις ἂν ὅτι, δὴ φίλον οὐκ ἀβασανίστως τῶν θεῶν ἐπακροᾶσθαι δογμάτων, οὐ φωτίζουσιν ἄγγελοι τῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν; Κορνηλῖος δὲ, εἰπέ μοι, διὰ τίνος ἐμάνθανεν, ὅτι χρῆ βαπτισθέντα διασωῆσθαι παρὰ Θεοῦ; Μανωῆ δὲ τοῦ Γεδεὼν ὁ πατήρ, οὐ διὰ φωνῆς ἀγγέλου τὰ ἐσόμενα προεπαίδευετο; Ζαχαρίας δὲ ὁμοίως ἡμῖν ὁ προφήτης οὐχὶ σαφῶς ἀναφθέγγεται: « Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί: Ἐγὼ δεῖξω σοι τί ἐστὶ ταῦτα. » Καὶ πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἡμῖν ἐρχόμενος ἡμῖν λόγον [γρ. λόγων], οὐκ ἐπιδεικνύει σαφῶς, ὅτι τῶν κεκρυμμένων τὴν γνῶσιν ἐξεκάλυπτον ἄγγελοι κατὰ νοῦν αὐτῶ; « Καὶ ἰδοὺ γὰρ, » φησὶν, « ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί εἰσῆκει, καὶ ἄγγελος ἕτερος ἐξεπορεύετο εἰς ἀπάντησιν αὐτῶ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν λέγων: Δράμε καὶ λάλησον πρὸς

<sup>71</sup> Joan. xii, 35. <sup>72</sup> Joan. ii, 9. <sup>73</sup> ibid. 10. <sup>74</sup> Act. x, 1 sq. <sup>75</sup> Judic. xiii, 3 sq. <sup>76</sup> Zach. i, 9.

τὸν νεανίαν ἐκείνον, λέγων· Κατάκαρπος κατοικηθήσεται Ἰερουσαλήμ, ἀπὸ πλήθους ἀνθρώπων, καὶ κτηνῶν τῶν ἐν μέσῳ αὐτῆς. Ὅτι δέ; εἰπέ μοι· καὶ ὁ σοφώτατος Δανιὴλ ταῖς ἀξιαγάστοις ὀπτασίαις προσβαλὼν οὐχὶ τῶν ὀρωμένων τὴν ἀποκάλυψιν διὰ τῆς ἀγγέλων ἐρανίζεσθαι φωνῆς; Ἄκουε γὰρ λέγοντος· «Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἰδεῖν με, ἐγὼ Δανιὴλ, τὴν ὄρασιν, καὶ ἐζήτησαν σύνεσιν· καὶ ἰδοὺ ἔστη ἐνώπιόν μου ὡς ὄρασις ἀνδρός, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀνδρός ἀνὰ μέσον τοῦ Οὐβάλ, καὶ ἐκάλεσε, καὶ εἶπε· Γαβριήλ, συνέτισον ἐκεῖνον τὴν ὄρασιν. Ὁκοῦν ἔνεστι τὸ δύνασθαι φωτίζειν ἀγγέλοις, καὶ οὐ μόνον αὐτοῖς, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀνθρώπους τὸν ἐξ ἀνθρώπου δανεῖσθαι φωτισμόν. Καὶ γοῦν ὁ φιλομαθὴς ἐκεῖνος εὐνοῦχος τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητείας οὐ συνείδεν τῷ Φιλίππῳ φησὶ· «Δέομαι σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει, περὶ ἐαυτοῦ, ἢ περὶ ἐτέρου τινός;» Καὶ οἱ τοῖς κατὰ τὸν βίον διδάσκαλοι προστρέχοντες, οὐχ ἐτέρου τινός, οἶμαι, χάριν, τούτου δὲ καὶ μόνου προσίσαι. Ἄλλὰ τί δὴ τούτοις ἐνδιατρίβωμεν, ἐξὸν ἀπαλλάττεσθαι βρόδῳ, ἐκεῖνο παραθέντας εἰς ἀπόδειξιν τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τοὺς ἄγιους εἰρημένον ἀποστόλους· «Ἵμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου;» Τοιαῦτα μὲν δὴ τις κατὰ τὸ εἶκος ἐπαπορήσας ἐρεῖ, παρὰ δὲ ἡμῶν ἀνακοῦσεται· Ἐν συνθέσει τὰ κατὰ τὴν κρίσιν ὀρωμεν, ὧ ὄστος, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ τὸ ἀπλοῦν· οὐκοῦν ὁ σοφοῦν ἐτέρους δυνάμενος, εἴπερ εἴη γεννητός, οὐκ αὐτόχρημά ἐστιν ἡ σοφία, ἀλλὰ τῆς ἐνοούσης ἐν αὐτῷ σοφίας διάκονος· ἐν σοφίᾳ γὰρ ὁ σοφός ἐστι σοφός, καὶ ὁ συνετοὺς ἐκ διδάσκων, οὐκ αὐτόχρημά ἐστιν ἡ σύνεσις, ἀλλὰ τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῷ συνέσεως ὑπουργός. Ἐν συνέσει γὰρ εἶσι καὶ οὗτοι συνετοί, καὶ ὁ φωτίζειν αὐτὸ πάλιν ἐτέρους εἰδώς, οὐκ αὐτὸ κυρίως ἀννοῖτο τὸ φῶς, ἀλλὰ φωτὸς τοῦ ἐν αὐτῷ δανεῖσθαι· εἰς ἐτέρους αὐτὸ παραπέμπων διδακτῶς, καὶ κοινοποιούμενος τοῖς ἄλλοις ὅπερ ἐληφεν ἀγαθόν. Διάτοι τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς ἄγιους ἀποστόλους ἐλέγετο· «Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.» Ὅσα γὰρ ἦν αὐτοῖς ἀγαθὰ, ταῦτα δὴ πάντως ἐστὶ καὶ θεόδοτα. Καὶ οὐκ ἂν ἕως ἰδίους ἀγαθοῖς ἢ τῶν ἀνθρώπων ἐναγλαῖζοιτο φύσις, ἀλλ' οὐδὲ ἢ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Μετὰ γὰρ τοῦ κεκλησθαι πρὸς γένεσιν, καὶ τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον ἕκαστον τῶν ὄντων ἔχει παρὰ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς οὐσιωδῶς ἐνυπάρχειν διακείσόμεθα, ὃ μὴ δοῦρόν ἐστι τῆς τοῦ κτίσαντος φιλοτιμίας, καὶ βίξεν ἔχει τὴν τοῦ δημιουργήσαντος χάριν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ περ ἐν συνθέσει τὰ γενητά, φῶς μὲν ἐν αὐτοῖς οὐδὲν ἐστὶ κυρίως τε καὶ ἀπλῶς, ἦτοι ἀσυνθέτως, μεθεκτῶς δὲ καὶ τοῦτο φορέσει μετὰ τῶν ἄλλων λαβόντα παρὰ Θεοῦ. Φῶς δὲ αὐτὸ ἀληθινόν, τὸ φωτίζον ἐστίν, οὐ τὸ παρ' ἐτέρου φωτιζόμενον, ὅπερ ἐστὶν ὁ Μονογενὴς ἐν ἀπλῇ καὶ ἀσυνθέτῳ νοούμενος φύσει, διπλόης γὰρ ἀπάσης τὸ θεῖον ἀποφοιτᾷ. Καὶ ταῦτα μὲν τῆδε· πάλιν δὲ ἡμῖν ἐρεῖ τυχὸν ὁ δι' ἐναντίας· Εἰ μὴ φῶς ὑπῆρχον κατὰ φύσιν οἱ ἅγιοι, διὰ ποῖαν αἰτίαν αὐτοῦς οὐχὶ φωτὸς ἀπεκάλει μετόχους, ἀλλὰ φῶς ὀνόμαζεν

A ejus 77. » Quid vero? Daniel ipse cui admirabiles visiones oblatae sunt, nonne earum revelationem angelorum voce accipit? Audi enim loquentem ipsum. « Et factum est, » inquit, « cum viderem ego Daniel visionem, et quærebam intelligentiam; et stetit in conspectu meo quasi species viri, et audivi vocem inter Ubal, et vocavit, et dixit: Gabriel, fac intelligere istum visionem 78. » Igitur illuminare possunt angeli, neque vero ipsi tantum, sed et homo hominem illuminat. Quocirca discendi studiosus ille eunuchus, cum Salvatoris prophetias non intelligeret, Philippum compellat: « Obsecro te, de quo propheta dicit hæc? de se, an de alio aliquo 79? » Doctores item et magistri rerum vitæ utilium, non aliam ob causam quam ob istam sui copiam faciunt. Sed cur in his immoramur, cum ad hoc probandum Salvatoris auctoritate liceat uti qui suis apostolis ait: « Vos estis lux mundi 80? » Talia quidem, ut videtur, dubitando quæret aliquis. Sed a nobis vicissim audit: Nihil, o quisquis es, in creaturis reperitur simplex aut compositionis expertus: igitur quicumque alium erudire potest ad sapientiam, si creatus est, non est ipsamet sapientia, sed sapientiæ qua præditus est minister. **74** In sapientia enim sapiens est sapiens, et qui prudentiam edocet, non est ipsamet prudentia, sed prudentiæ qua præditus est minister. In prudentia quippe sunt prudentes; sic quicumque alios illuminare potest, non est ipsa proprie lux, sed lucis qua præditus est commodator, dum aliis infundit docendoque communicat quod accepit bonum. Proindeque dictum est etiam sanctis apostolis: « Gratis accepistis, gratis date 81. » Quidquid enim honorum habebant, illud divinitus consecuti erant. Neque vero natura hominum in universum propriis bonis gloriari potest, ne ipsa quidem sanctorum angelorum natura. Nam præter quam quod ad esse producta sunt omnia, unumquodque existendi modum habet a Deo, nec in iis quidquam substantialiter esse putabimus, quod a benignitate Creatoris non profiscatur, et opificis gratiæ radicatus inuitatur. Itaque cum res creatæ compositæ sint, lux quidem inter eas nihil proprie ac simpliciter erit, aut citra compositionem, sed per participationem istud etiam cum cæteris a Deo suscipiet. Lux autem vera est quæ illuminat, non quæ illuminatur ab alio, cujusmodi est Unigenitus, qui in simplici et incomposita natura esse intelligitur, cum in Deum nulla cadere possit compositio. Atque hæc ita se quidem habent; sed rursus nobis forsitan objiciet adversarius: Si sancti lux non sunt secundum naturam, quam ob causam non lucis participes, sed lucem eos Salvator nuncupavit? Aut quomodo alterius erit ab ipso naturæ creatura, si quemadmodum ipse lux nuncupatus est, ita etiam homines lux appellati sunt? « Vos enim estis lux mun-

<sup>77</sup> Zach. II, 3, 4. <sup>78</sup> Dan. VIII, 15, 16. <sup>79</sup> Act. VII, 34. <sup>80</sup> Matth. V, 14. <sup>81</sup> Matth. X, 8.

di<sup>66</sup>, discipuli audierunt. Cui sic respondemus: A Cur ergo, bone vir, dii Deique filii apud Scripturas divinas nuncupati sumus, juxta illud: « Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes<sup>67</sup>? » An igitur desinentes esse natura id quod sumus, ad divinam et ineffabilem substantiam evehemur, et Verbum Dei negantes esse vere Filium, illius loco Patri assidebimus, et gratiam qua nos ornat, impietatis materiam faciemus? Absit. Sed in suis bonis immutabiliter manet Dei Filius: nos autem adoptione filii sumus, et dii per gratiam, non ignorantes id quod sumus, et hoc pacto quoque sanctos lucem esse credimus. Sed illud animadvertendum insuper existimo. Creaturæ rationis compotes accepto lumine illuminant, **75** communicatione doctrinarum quas ex sua mente in aliorum mentem infundunt: quæ illuminatio doctrina jure potius appellanda est quam revelatio. Sed Dei Verbum « illuminat omnem hominem venientem in mundum, » non docendo sicut angeli, verbi gratia, vel homines: sed potius ut Deus, creando, unicuique rei in ortum eductæ sapientiæ sive cognitionis divinæ semen indit, et intelligentiæ radicem inserit, atque ita rationale animal efficit, naturæ illud suæ particeps reddens, et ineffabilis sui splendoris lucidos veluti quosdam vapores ejus animo immittens, ea ratione ac modo quo ipse novit, nihil enim supervacaneum hic afferendum puto. Quocirca auctor ille nostri generis Adam, non in tempore, sicuti nos, sapientiam videtur esse consecutus, sed a primo statim ortus sui initio perfecta intelligentia præditus cernitur, dum acceptam divinitus illuminationem illibatam in seipso conservaret, et integram naturæ suæ retineret dignitatem. Illuminat igitur, ut opifex quidem Filius, maxime cum sit ipse lux illa vera, creatura autem participatione cum luce, illuminatur, et idcirco lux dicitur et est, ad res supernaturales evecta, glorificantis Dei, et variis ipsam coronantis honoribus gratia, adeo ut quotquot hunc honorem accepimus jure merito in medium prodire, et magna voce gratias agentes gratulatio carmine dicere debeamus: « Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in misericordia et miserationibus; qui replet in bonis desiderium tuum<sup>68</sup>. » Facit enim profecto misericordias Dominus, qui res parvas atque abjectas, si naturæ cujusque ratio spectetur, magnas atque mirabiles efficit sua erga ipsas bonitate, atque qui suis nos cumulare donis voluit, ut Deus, atque idcirco deos et lucem appellavit, aliisque ejusmodi honorum nonnullis ornavit. Addit theologus nec frustra, « In mundo erat, » necessariam hinc nobis contemplationem inferens. Cum enim dixerit: « Erat lux

ο Σωτήρ; Πῶς δὲ ἑτεροφυῆς ἡ κτίσις ὡς πρὸς αὐτὸν, εἰ καθάπερ αὐτὸς ὠνόμασται φῶς, οὕτω καὶ τὰ λογικά; « Ὑμεῖς γὰρ ἔστε τοῦ κόσμου τὸ φῶς, » ἤκουον οἱ μαθηταί. Τί οὖν; ὦ βέλτιστε, πάλιν ἐροῦμεν αὐτῷ· θεοὶ καὶ Θεοῦ υἱοὶ παρὰ ταῖς θείαις κεκλήμεθα Γραφαῖς, κατὰ τὸ· « Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἔστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες; » Ἄρ' οὖν ἀφέντες τὸ εἶναι κατὰ φύσιν, ὅπερ ἐσμὲν, ἐπὶ τὴν θείαν τε, καὶ ἀρρήτον οὐσίαν ἀναδησόμεθα, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον τῆς κατ' ἀλήθειαν ἐκβάλλοντες υἰότητα, ἀντ' ἐκείνου τῷ Πατρὶ συνεδρεύομεν, καὶ ὑπόθεσιν ἀσεβείας τῆν τοῦ τιμῶντος ποιησόμεθα χάριν; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἔσται μὲν ἐν ὅσπερ ἐστὶν ἀπαραιοποιήτως ὁ Υἱός· θεοὶ δὲ ἡμεῖς εἰς υἰότητα, καὶ θεοὶ κατὰ χάριν, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅπερ ἐσμὲν· οὕτω δὲ εἶναι καὶ φῶς τοὺς ἀγίους πιστεύομεν. Χρῆναι δὲ οἶμαι κάκεινο διασκεπτομένους ὄρᾱν. Τὰ μὲν γὰρ λογικά τῶν κτισμάτων φωτιζόμενα φωτίζει, κατὰ μετάδοσιν θεωρημάτων τῶν ἐκ νοῦ πρὸς ἑτέραν εἰσχεομένων διάνοιαν, καὶ διδασκαλία μᾶλλον ἢ σὺ ἀποκάλυψις ὁ τοιοῦτος ἀν δίκαιως καλοῖτο φωτισμός. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος « φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον » οὐ διδασκαλικῶς, καθάπερ ἄγγελοι τυχόν, ἢ καὶ ἄνθρωποι, ἀλλὰ μᾶλλον ὡς Θεὸς δημιουργικῶς ἐκάστῳ τῶν εἰς τὸ εἶναι καλουμένων σπέρμα σοφίας, ἦτοι θεογνωσίας ἐντίθησι, καὶ ῥίζαν ἐμφυτεύει συνέσεως, λογικόν τε οὕτως ἀποτελεῖ τὸ ζῶον τῆς οἰκείας φύσεως μέτοχον ἀποδεικνύων, καὶ τῆς ἀφράστου λαμπρότητος ὡσπερ τινὰς ἀτμοὺς φωτοειδεῖς ἐνείει τῷ νῷ, καθ' ὃν αὐτὸς οἶδε τρόπον τε καὶ λόγον· δεῖ γὰρ, οἶμαι, λέγειν ἐν τούτοις οὐ περιττά· διάτοι τοῦτο καὶ ὁ προπάτωρ Ἀδάμ, οὐκ ἐν χρόνῳ, καθάπερ ἡμεῖς, τὸ εἶναι σοφὸς ἀποκερδάνας ὄραται, ὅλλ' ἐκ πρώτων εὐθὺς τῶν τῆς γενέσεως χρόνων τέλειος ἐν συνέσει φαίνεται, τὸν δοθέντα τῇ φύσει παρὰ Θεοῦ φωτισμὸν ἀθλόωτον ἔτι, καὶ καθαρὸν διαζῶζων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀκατήλεuton ἔχων τῆς φύσεως τὸ ἀξίωμα. Φωτίζει τοιοτροῦν, δημιουργικῶς μὲν ὁ Υἱός, ἄτε δὴ τὸ φῶς ὑπάρχων αὐτὸ τὸ ἀληθινόν, κατὰ μετοχὴν δὲ ἡ κτίσις τὴν πρὸς τὸ φῶς ἐκλαμπρύνεται, καὶ καλεῖται διὰ τοῦτο, καὶ γίνεται φῶς, εἰς τὰ ὑπὲρ φύσιν ἀναβαλῖουσα διὰ τὴν τοῦ δοξάσαντος χάριν, καὶ διαφοροῖς αὐτὴν στέφαντος τιμαῖς, ὡς ἤκειν εἰς μέσον εὐλόγως τῶν τετιμημένων ἑκαστον, καὶ δὴ χαριστηρίους ἀνατείνοντα προσευχάς, μεγάλη λοιπὸν ἀναμελεθεῖν τῇ φωνῇ· « Εὐλόγει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ· τὸν εὐλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου, τὸν κώμενον πάσας τὰς νόσους σου, τὸν λυτροῦμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν σου, τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει, καὶ οἰκτιρμοῖς, τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. » Ποιεῖ γὰρ ὄντως ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, τὰ μικρὰ καὶ ἐξουθενημένα, κατὰ γε τὸν τῆς οἰκείας φύσεως λόγον, μεγάλα, καὶ ἀξιοθαύμαστα διὰ τῆς εἰς αὐτὰ χρηστότητος ἀποδεικνύων, ὡσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ἡμᾶς τοῖς ἰθίοις αὐτοῦ κατασεμνύνειν ἀγαθοῖς χρῆναι δεῖν ἀβρόνως ἐδοκίμασεν ὡς ὁ Θεός,

<sup>66</sup> Matth. v, 14. <sup>67</sup> Psal. LXXXI, 6. <sup>68</sup> Psal. cii, 1-5.



καὶ διὰ τοῦτο θεοὺς τε, καὶ φῶς, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἀγαθῶν ἀποκαλεῖ. Εἶτα πρὸς τούτῳ φησὶν, ὅτι καὶ « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν » ἐπάγει καὶ τοῦτο χρησίμως ὁ θεολόγος, ἀναγκαιοτάτην ἡμῖν δι' αὐτοῦ τὴν θεωρίαν εἰσφέρει [Ἰσ. εἰσφέρειω]. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφη, « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, » ἦν δὲ οὐ σφόδρα τοῖς ἀκρωμένοις συμφανές, πότερόν ποτε τὸν ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον φωτίζει τὸ φῶς, ἢ αὐτὸ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὡς ἀπὸ τίνος ἐτέρου τόπου μεταχωροῦν εἰς τὸν κόσμον, τὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους ποιεῖται φωτισμὸν, ἀναγκαίως ἡμῖν ὁ Πνευματοφόρος ἐκκαλύπτει τὸ ἀληθές, καὶ τῶν οικειῶν βημάτων διερμηνεύει τὴν δύναμιν, λέγων εὐθὺς περὶ τοῦ φωτός, ὅτι « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν » ἵνα λοιπὸν τὸ « ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον » κατὰ τοῦ ἀνθρώπου νοῆς, καὶ μᾶλλον τῆς φωτιζομένης κατηγορηται φύσεως, ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι καλουμένης · τόπος γὰρ ὡσπερ τίς ἐστι τοῖς γεννητοῖς ἐπινοεῖ θεωρούμενος τὸ μὴ εἶναι ποτε, ἀφ' οὗ δὴ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ εἶναι βαδίζοντα, τόπον ἕτερον ἤδη τὸν ἐν ὑπάρξει λαμβάνει. Οὐκοῦν οικειότερόν τε καὶ πρεπωδέστατον ἢ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδέξεται φύσις τὸ ἐκ πρώτων εὐθὺς φωτίζεσθαι χρόνων, σύνδρομόν τε, καὶ συγκατασκευασμένην τῷ εἶναι λαμβάνει τὴν σύνεσιν παρὰ τοῦ ὄντος ἐν τῷ κόσμῳ φωτός, τοῦτ' ἐστι, τοῦ Μονογενοῦς, ὃς δὴ καὶ ἀρβήτω τῇ τῆς θεότητος ἰδυνάμει τὰ πάντα πληροῖ, καὶ συμπάρεστι μὲν ἀγγέλοις ἐν οὐρανῷ, σύνεστι δὲ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κενὸν δὲ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος οὐδὲ αὐτὸν ἀφίησι τὸν ἕδην, καὶ πανταχῇ τοῖς πᾶσιν ἐπιδημῶν οὐδενὸς ἀπανίσταται, ὡς ἐπὶ τούτῳ καὶ λίαν εἰκότως ἀποθαυμάζοντα λέγειν τὸν σοφώτατον Μελωδὸν · Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ εἰ ἔχει · Ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ἕδην, πάρει · Ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγάς μου κατ' ἄρρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἢ χεῖρ σου ὀδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἢ δεξιὰ σου. » Παντὸς γὰρ τόπου, καὶ πάσης κτίσεως ἢ θεῖα περιδράττεται χεῖρ, συνέχουσα πρὸς τὸ εἶναι τὰ πεποιημένα, καὶ περισφιγγουσα πρὸς ζωὴν τὰ ζωῆς δεόμενα, καὶ τοῖς συνέσεως δεκτικοῖς τὸ νοητὸν ἐνσπείρουσα φῶς. Ἔστι δὲ οὐκ ἐν τόπῳ, καθάπερ ἤδη προείπομεν, οὐδὲ τὴν μεταβατικὴν ὑπομένει κίνησιν · σωμάτων γὰρ ἴδιον τοῦτο γε · πληροῖ δὲ μᾶλλον τὰ πάντα ὡς θεός. Ἄλλ' ἔρει τις πρὸς ταῦτα τυχόν · Τί οὖν φαμεν, ὦ γενναῖε, ὅταν τις ἡμῖν εἰς μέσον ἄγῃ λέγοντα τὸν Χριστόν · « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα; » Τί δὲ ὅταν ὁ Ψαλμῶδης ἀναφθέγγηται · « Ἐξ ἀπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀληθειάν σου; » Ἰδοὺ γὰρ ἐνθάδε σαφῶς αὐτὸς μὲν ἐληλυθέναι φησὶν εἰς τὸν κόσμον, ὡς οὐκ ὦν ἐν αὐτῷ δηλονότι · πέμπεσθαι δὲ πάλιν ὁ Μελωδὸς ἐλπίζει τὸν οὐπὼ παρόντα, κατὰ γε τὸ ἐν τῷ λόγῳ σχῆμα, καὶ τῆς ὡς ἡμᾶς ἀπόστολῆς τὴν ἔμφασιν. Πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτα φαμεν, ὅτι τῷ Μονογενεῖ θεοπρέπες ἀξίωμα περιτιθεῖς ὁ θεολόγος, ἐν τῷ κόσμῳ φησὶν αἰεὶ, καὶ διὰ παντὸς

A vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, nec **76** auditoribus admodum pateret, utrum intelligendum esset, Hominem venientem in hunc mundum lux illuminat, an Lux vera alio quodam ex loco veniens in hunc mundum: necessario nobis Joannes veritatem exponit, et suorum verborum vim et sensum interpretatur, illico subjiciens de luce: « In mundo erat, » ut illud demum, « venientem in hunc mundum, » intelligatur de homine, et de natura illuminata prædicetur, utpote quæ ex nihilo ad esse vocatur. Locum enim veluti quemdam creaturarum animo concipimus, nimirum aliquando non esse, unde ad esse quodammodo prodeuntis, alium tandem locum in existentia capiunt. Accommodatius ergo atque decentius de natura hominum dici potest, primis statim temporibus illuminari, et una cum ipso esse vim etiam intelligendi ab ea quæ in mundo est luce, nimirum Unigenito, suscipere, qui ineffabili deitatis virtute cuncta replet, et est quidem cum angelis in cælo, in terris cum hominibus, nihilque ejus deitate vacuum est, ne ipsis quidem inferis exceptis, et ubique cuncta immeans, a nullo abest, adeo ut vehementer id sapientissimus Psalmista miratus dicat: « Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumpergo pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua <sup>85</sup>. » Omnem enim locum et omnem creaturam divina manus complectitur, continens et conservans in suo esse res creatas, et vitam infundens iis quæ vita carent, et intelligentiæ capacibus intellectualem lucem inserens. Non est autem in loco, sicut antea diximus, nec in eum cadit motus localis (id enim proprium est corporum), sed omnia potius implet, ut Deus. Sed ad hæc forsitan dicet aliquis: Quid ergo responsuri sumus, o bone, si quis loquentem Christum nobis in medium afferat: « Ego lux in mundum veni <sup>86</sup>. » Quid vero cum Psalmista clamat, « Emitte lucem tuam, et veritatem tuam <sup>87</sup>. » Ecce enim ipse hic aperte ait se in mundum venisse, ut qui non esset in ipso nimirum. Mitti autem rursus David rogabat eum qui **77** nondum aderat, ut constat ex loquendi formula, et ipsa missionis ad nos significatione. Ad hæc respondemus theologum Unigenito dignitatem Deo convenientem tribuere, dum ait in mundo ipsum semper existere, ut vitam per naturam, ut lucem secundum substantiam, perficientem creaturam, ut Deum, non loco circumscriptum, non spatiis definitum, non quantitate coercitum, non ab ullo, ut verbo dicam, comprehensum, neque cui ex uno loco in alium incumbat migrandi necessitas, sed qui præsens sit omnibus, nec ab ullo absit. Se autem in mundum venisse, quamvis præsens sit

<sup>85</sup> Psal. cxxxviii, 7-10. <sup>86</sup> Joan. xii, 46. <sup>87</sup> Psal. xlii, 3.

in eo, confirmavit ratione incarnationis. « Visus enim est in terra, et cum hominibus conversatus est <sup>88</sup>, » cum carne videlicet, manifestiorem nobis suam præsentiam hoc pacto efficiens, et qui quondam solo intellectu comprehendi poterat, ipsis quoque nunc corporis oculis perceptus crassiorem, ut ita dicam, cognitionis divinæ sensum nobis intulit dum per miracula et prodigiis nobis est agnitus. Nec alia ratione, ut existimo, mitti ad nos Dei Verbum mundum hunc illuminaturum Psalmista rogabat. Illud insuper animadvertendum existimo, nimirum quod omni sermone mens penetrabilior est, et mentis motus lingua acutior. Igitur, mentis subtilitate et acmine, variam quidem naturæ divinæ pulchritudinem contemplamur, sed de ipsa humano modo et nostro more loquimur, cum illius veritatis cacumen assequi lingua non possit. Ideoque Paulus ille mysteriorum Salvatoris dispensator, sermonem petebat a Deo ad aperendum os suum <sup>89</sup>. Nihil ergo naturali Unigeniti dignitati detrahet nostræ orationis inopia, sed omnia de ipso, pro eo ac Deum decet, intelligentur; quæ vero necesse est eloqui, ea humano more dicentur, cum ab ipso propter nos, tum a sanctis de ipso, pro modulo naturæ nostræ. Sufficerent quidem ea quæ hactenus diximus ad rerum propositarum explicationem: sed quoniam decere arbitror, ut desidiâ vincat calamus divinis dogmatis inserviens, agendum ipsam lectionem accuratius perpendamus, quomodo nimirum convenienter intelligatur de homine illud, « Venientem in hunc mundum. » In ipso enim erat lux, sicut ipse quoque nobis **78** testatus est evangelista, neque « venientem in hunc mundum, ad lucem referimus, sed ad hominem qui illuminatur. Aiunt ergo nonnulli, ex corde suo eructantes et non ex ore Domini, sicut scriptum est <sup>90</sup>, antequam corpora conderentur, in cælo fuisse hominum animas, longo tempore in incorporea felicitate constitutas, et vero bono purius fruentes: sed melioris sortis satietate ac deterioris cupiditate, ad præposteras cogitationes et cupiditates esse delapsas. Indignatum jure Opifcem, eas quidem in mundum mittere, et corporibus implicitas, et ad ferendum onus coactas, ac velut in spelunca quadam vehementium cupiditatum inclusas ipso experimento eas docere, quam acerbum sit in pejus deflectere, et rectum nihili facere. Ad astruendum vero tam ridiculum suum commentum, primum omnium locum hunc evangelistæ arripiunt: « Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; » deinde alia quædam ex Scriptura divina, cujusmodi est illud: « Priusquam humiliarer, ego deliqui <sup>91</sup>; » nec illos suæ pudet nugacitatis dum aiunt, Ecce antequam humiliaretur, id est antequam corpore includeretur, se deliquisse fatetur anima, atque idcirco jure merito se humi-

ὑπάρχειν αὐτὸν, ὡς ζῶν κατὰ φύσιν, ὡς φῶς κατ' οὐσίαν, πληροῦντα τὴν κτίσιν, ὡς Θεὸν, οὐ τότε περιγραφτὸν, οὐ διαστήμασι μετρητὸν, οὐ ποσότητι καταληπτὸν, οὐ δὲ ὑπὸ τινος ὄλως ἐμπεριεχόμενον, οὐδὲ μεταβάσεως τῆς εἰς τόπον ἐκ τόπου δεόμενον, ἀλλ' ἐνδημεῖν μὲν ἅπασιν, ἀπολιμπάνεσθαι δὲ μηδενός. Ἐηλυθῆναι δὲ ἑαυτὸν ἐν κόσμῳ διίσχυριστο, καίτοι παρὼν ἐν αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον. « Ὄφθη γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφη » μετὰ σαρκός, ἐμφανεστέραν ἑαυτοῦ τὴν ἐν κόσμῳ παρουσίαν διὰ τοῦτου τιθεὶς, καὶ ὁ πάλοι νοήσει καταληπτὸς, καὶ αὐτοῖς ἦδη τοῖς τοῦ σώματος ὀρώμενος ὀφθαλμοῖς, παχυτέραν, ἵνα οὕτως εἴπω, τῆς θεογνωσίας ἡμῶν ἐνετίθει τὴν αἰσθησίν, διὰ θαυμάτων καὶ μεγαλοουργίας ἐπιγινωσκόμενος. Ἀποστέλλεσθαι δὲ ὡς ἡμᾶς φωτιοῦντα τὸν κόσμον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ὁ Μελιῶδης οὐ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον, ὡς γέ μοι φαίνεται, κατὰ δὲ τοῦτον αὐτὸν παρεκάλει. Χρῆναι δὲ οἶμαι πρὸς τοῦτον κάκεῖνο διενθυμειῖσθαι τὸν φιλομαθῆ, ὅτι παντὸς μετὰ λόγου τομώτερος νοῦς, ὀξυτέρα δὲ γλώττης τῆς διανοίας ἡ κίνησις. Οὐκοῦν ὅσον ἦκεν εἰς λεπτότητα νοῦ, καὶ τὴν ὀξείαν ἐν αὐτῷ κίνησιν, τὸ ποικίλον τῆς θείας φύσεως κατεθεώμεθα κάλλος· λαλοῦμεν δὲ περὶ αὐτῆς ἀνθρωπινότερον, καὶ λόγῳ τῷ καθ' ἡμᾶς, οὐκ ἐχούσης τῆς γλώττης πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκτείνεσθαι μέτρον. Διδὸς δὲ καὶ ὁ Παῦλος ὁ τῶν τοῦ Σωτῆρος μυστηρίων ταμίης, λόγον ἀπῆτει παρὰ Θεοῦ τὸν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτοῦ. Οὐδὲν οὖν ἄρα λυμαίνεται τοῖς φυσικοῖς τοῦ Μονογενοῦς ἀξιωμασίν ἢ τῶν παρ' ἡμῶν λόγων πενία, ἀλλὰ βοηθήσεται μὲν θεοπροπῶς τὰ περὶ αὐτοῦ, λαληθήσεται δὲ τὰ περὶ τὴν χρείαν ἀνθρωπινώτερον, παρὰ τε αὐτοῦ δι' ἡμᾶς, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων περὶ αὐτοῦ κατὰ τὸ τῆς φύσεως μέτρον. Ἦν μὲν οὖν, ὡς εἶοικε, τοῖς εἰρημένοις ἀρκεῖσθαι καλὸν εἰς τὴν τῶν προκειμένων ἐξήγησιν· ἐπειδὴ δὲ οἶμαι προσήκειν ἕκνου φέρεσθαι κρίττονα τὸν τοῖς θεοῖς δόγμασιν ὑπηρετοῦντα κάλαμον, φέρε πάλιν αὐτὸ παραθέντες τὸ ἀνάγνωσμα βασανίσωμεν ἀκριβέστερον, πῶς ἂν νοοῖτο κατὰ τὸν πρόποντα λόγον τοῦ ἀνθρώπου καταγεροῦμενον, τὸ, « Ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Ἦν γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ φῶς, καθάπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ εὐαγγελιστῆς διεμαρτύρατο, καὶ οὐ τὸ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἔρχεσθαι μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν φωτιζόμενον ἀνθρώπον διεβεβαίουμέθα. Φασὶ τοιγαροῦν τινες, τὰ ἐκ καρδίας αὐτῶν ἐρευγόμενοι, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου, καθὼς γέγραπται, ὅτι πρὸ τῆς τῶν σωμάτων κατασκευῆς προὔπηρχον μὲν κατὰ τὸν οὐρανὸν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί, μακρὸν ἐν ἀσωμάτῳ μακαριότητι τρίβουσαι χρόνον, καὶ καθαρώτερον ἀπολαύουσαι τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ· ἐπειδὴ δὲ αὐτὰς ὁ τῶν ἀμεινόνων εἰσήει κόρος, καὶ πρὸς τὰ χεῖρω λοιπὸν ἀποκλίνουσαι, πρὸς ἐκτόπους κατέβαινον ἔννοιας τε καὶ ἐπιθυμίας, ἀγανακτήσας εἰκότως ὁ Δημιουργὸς ἀποστέλλει μὲν αὐτὰς εἰς τὸν κόσμον, τοῖς δὲ ἀπὸ γῆς ἐνέπλεξε σώμασιν ἀχθοφορεῖν ἀναγκάσας, καὶ μονονουχὶ σπηλαίῳ τιπὶ τῶν ἐκ-

<sup>88</sup> Baruch III, 38. <sup>89</sup> Col. IV, 3. <sup>90</sup> Jerem. XXIII, 16. <sup>91</sup> Psal. CXXVIII, 67.

 ac de terra, et in sua potestate sitam haberet bo-  
 ni malive optionem, atque propensionis in alteru-  
 trum dominus esset, gravi dolo correptus est, et  
 in inobedientiam lapsus, in terram matrem unde  
 prodierat, decidit, et corruptioni demum mortique  
 obnoxius, in universum genus damnum transmit-  
 tit; crescente vero in nobis et multiplicato malo,  
 et animo nostro semper in pejus ruente, regnavit  
 peccatum, atque ita demum natura hominis spo-  
 liata est inhabitante Spiritu. « Spiritus enim sanctus  
 sapientiæ dolum fugiet, » ut scriptum est, « nec  
 habitabit in corpore subdito peccatis <sup>27</sup>. » Quo-  
 niam ergo primus Adam gratiam sibi a Deo datam  
 non servaverat, destinavit nobis cœlitus secundum  
 D Adam Deus ac Pater. Mittit enim in similitudi-  
 nem nostri suum Filium natura sua mutationis et  
 alterationis nescium, et peccati prorsus expertem,  
 ut quemadmodum per inobedientiam primi divinæ  
 iræ subiecti fuimus, ita per obedientiam secundi  
 maledictionem quoque fugiamus, et ejus mala  
 cessent <sup>28</sup>. Cum autem homo factum sit Dei Ver-  
 bum, Spiritum a Patre accipit, ut unus e nobis,  
 non sibi aliquid specialiter accipiens (erat enim  
 ipse largitor Spiritus), sed ut acceptum naturæ  
 nostræ conservaret, ut homo, et rursus radicaret  
 in nobis gratiam quæ recesserat, is, qui peccatum  
 non novit. Hanc enim ob causam existimo san-

<sup>25</sup> Gen. II, 25.<sup>26</sup> Gen. III, 19.<sup>27</sup> Sap. I, 5.<sup>28</sup> Rom. V, 18.

ctum Baptistam utiliter addidisse, « Quia vidi Spiritum descendentem de caelo, et manentem super eum <sup>39</sup>. » Avolavit enim ex nobis propter peccatum, factus autem est velut unus ex nobis qui peccatum non novit, ut assuefieret porro Spiritus manere in nobis, cum discedendi aut subducendi se causam in ipso non haberet. Igitur nobis per seipsum Spiritum accipit, et naturæ vetus bonum renovat. Sic etiam pauper factus dicitur propter nos. Dives enim cum sit, quia Deus, et nullius boni indigus, homo factus est omnium egenus; ad quem alicubi dictum est præclare: « Quid enim **124** habes quod non accepisti <sup>40</sup>? » Quemadmodum ergo vita secundum naturam existens mortuus est secundum carnem propter nos, ut mortem vinceret pro nobis, et universam secum naturam conresuscitaret (omnes enim eramus in ipso, quatenus homo factus est), sic etiam Spiritum propter nos accipit, ut omnem sanctificet naturam. Non enim in suum commodum venit, sed ut nobis omnibus principium, et via, et janua sit bonorum caelestium. Nisi enim accipere, ut homo, visum esset, aut etiam pati, ut unus e nobis, quomodo ipsum se humiliasse ostendi posset? aut quomodo cervi forma recte ei tribueretur, nisi de ipso quiddam etiam servo conveniens scriptum esset? Noli ergo sapientissimam incarnationis rationem vellere, quam divinus ille Paulus jure miratur, clamas: « Ut innotescat nunc principatibus et potestatibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro <sup>41</sup>. » Sapientia enim vera, et eaque Deo conveniens, magnum illud incarnationis videtur esse mysterium. Ita de Salvatore nostro sentiendum esse reor, si pii esse volumus, et dogmatum rectitudinem amplectimur. Neque enim in tantam rationis penuriam devolvemur, ut in Filio secundum naturam Spiritum per participationem esse putemus, ac non substantialiter potius insitum quemadmodum nimirum et in ipso Patre. Ut enim Patris, ita Filii quoque est sanctus Spiritus. Sic apud Scripturas divinas legimus: « Cum enim venissent in Mysiam, inquit, tentabant ire in Bithyniam, et non permisit eos Spiritus Jesus <sup>42</sup>. » Quod si quis contentiosius urgeat, et rursum asserat Spiritum per participationem esse in Filio, aut cum prius non inesset, cœpisse tum in eo esse, cum baptizatus est, incarnationis nimirum tempore, videat rursum in quot et quantas absurditates se conjiciat. Primum enim, inter eos qui gignantur e mulieribus non surrexisse major dicitur Joanne Baptista <sup>43</sup>. Vere quidem: sed videmus eum qui summum gloriæ humanæ tenet fastigium, incomparabili excellentia Christum honorare: « Non sum <sup>44</sup> enim < dignus, inquit, ut solvam ejus corrigiam calceamenti <sup>45</sup>. » At qui non absurdum et impium est,

ἵνα τῇ φύσει διασώσῃ λαβὼν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ βιώσῃ πάλιν ἐν ἡμῖν τὴν ἀποφοιτήσασαν χάριν, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν. Διὰ ταύτην γὰρ οἶμαι τὴν αἰτίαν προστεθεικέναι χρησίμως τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν· « Ὅτι τεθέσται τὸ Πνεῦμα καταβαίνόν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. » Ἀπέπητ' ἄρα ἐξ ἡμῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν, γέγονε δὲ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἵνα προσεβίθῃ τὸ Πνεῦμα μένειν ἐν ἡμῖν, ἀφορμὴν οὐκ ἔχον ἀναχωρήσεως, ἢ ὑποστολῆς ἐν αὐτῷ. Οὐκοῦν ἡμῖν δι' ἐαυτοῦ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀνανεοῖ τῇ φύσει τὸ ἀρχαῖον ἀγαθόν· οὕτω καὶ πτωχεῦσαι λέγεται δι' ἡμᾶς. Πλούσιος γὰρ ὢν, ὡς Θεός, καὶ οὐδενὸς τῶν ἀγαθῶν ἐπιδεής, ἄνθρωπος γέγονε πάντων ἐπιδεής, πρὸς δὲ εἰρητάτου, καὶ σφόδρα καλῶς· « Τί γὰρ ἔχεις, δὲ οὐκ ἔλαβες; » Ὅσπερ οὖν ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀπέθανε κατὰ σάρκα δι' ἡμᾶς, ἵνα νικήσῃ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἄλλην ἐαυτῷ συναναστήσῃ τὴν φύσιν· πάντες γὰρ ἦμεν ἐν αὐτῷ, καθὼ γέγονεν ἄνθρωπος· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα δέχεται δι' ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν ἀγίασιν τὴν φύσιν. Οὐ γὰρ ἐαυτὸν ὠφελήσων ἐλθῆναι, ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ἡμῖν ἀρχὴ, καὶ ὁδὸς, καὶ θύρα γένηται τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ μὴ ἔδοξε λαμβάνειν, ὡς ἄνθρωπος, ἢ καὶ πάσχειν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, πῶς ἂν ἔδειξέ τις, ὅτι τεταπεινώκεν ἐαυτόν; Ἡ πῶς ἂν ἐσώθη καλῶς ἢ τοῦ δούλου μορφή, εἰ μὴ τι καὶ δουλοπρεπὲς ἐγράφη περὶ αὐτοῦ; Μὴ διασυρέσω τοίνυν ὁ πάνσοφος τῆς οἰκονομίας λόγος, δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεοπέσιος Παῦλος εἰκότως ἀποθαυμάζει βῶν· « Ἴνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἢ πολυποικίλους σοφίας τοῦ Θεοῦ, κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. » Σοφία γὰρ ὄντως καὶ θεοπρεπὴς, τὸ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως ὄραται μυστήριον. Τοιαύτην ἔχειν ἡμᾶς τὴν περὶ τοῦ Σωτῆρος διάληψιν χρῆναι δεῖν ὑπολαμβάνω τοὺς εὐσεβεῖν ἐλομένους, καὶ ἐπὶ τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι χαίροντας· οὐ γὰρ δὴ που πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταθροσόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἰεσθαι μεβεκτόν ἐν τῷ κατὰ φύσιν Ἰῶ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον οὐτωδῶς ἔκπεφυκός, ὡσπερ οὖν ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ Πατρὶ. Ὅσπερ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὕτω καὶ ἀνεγνωμεν παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς· « Ἐλθόντες γὰρ κατὰ τὴν Μυσίαν, φησὶν, ἐπειράζον εἰς τὴν Βιθυνίαν ἀπελθεῖν, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς Πνεῦμα Ἰησοῦ. » Εἰ δὲ τῷ δοκεῖ φιλονεικότερον τοῖς περὶ τούτων ἐνίστασθαι λόγοις, καὶ δισχυρίζεσθαι πάλιν, ὅτι κατὰ μέθεξιν ἐν τῷ Ἰῶ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἢ καὶ τότε γέγονεν ἐν αὐτῷ, πρότερον οὐκ ἐνυπάρχων, ὅτε καὶ ἐβαπτίσθη, κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνον, ὁράτω πάλιν ἡλίκοις τε καὶ ὅσοις περιπεσεῖται τοῖς ἀστοπήμασι. Πρῶτον μὲν γὰρ, οὐκ ἐγγιγέρθαι φησὶν ὁ Σωτὴρ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ τὸν μελίζονα· καὶ ἀληθὲς ὁ λόγος· ἀλλ' ὀρώμεν τὸν εἰς ἀκρότητα δόξης τε καὶ ἀρετῆς ἀναβεβηκότα τῆς ἐν ἡμῖν, ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς τιμῶντα Χριστόν·

<sup>39</sup> Joan. i, 52. <sup>40</sup> 1 Cor. iv, 7. <sup>41</sup> Ephes. iii, 10, 11. <sup>42</sup> Act. xvi, 7. <sup>43</sup> Matth. xi, 11. <sup>44</sup> Joan. i, 27.



« Οὐκ εἰμὶ γὰρ, φησὶν, ἱκανὸς, ἵνα κύψας λύσω τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. » Εἶτα πῶς οὐκ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ ἀσεβὲς, Ἰωάννην μὲν ἐκ κοιλίας ἔτι μητρὸς αὐτοῦ, Πνεύματος ἀναπεπληθῆσθαι τοῦ ἁγίου πιστεύειν, διὰ τὸ οὕτω γεγράφθαι περὶ αὐτοῦ· τὸν δὲ τοῦτου, μᾶλλον δὲ ἀπάντων Δεσπότην καὶ Κύριον τότε πρῶτον οἰεσθαι τὸ Πνεῦμα λαβεῖν, ὅτε καὶ ἐθαπτίζετο, καίτοι τοῦ ἁγίου λέγοντος Γαβριὴλ πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. » Καὶ ὁράτω μοι πάλιν ὁ φιλομαθὴς, ὅστις ὁ λόγος ὠδίνει τὴν ἐννοιαν. Περὶ μὲν γὰρ Ἰωάννου φησὶν, ὅτι Πνεύματος ἁγίου πληθῆσεται· δοτὸν γὰρ ἦν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ οὐσιωδὲς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Περὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος, οὐκέτι τὸ, πληθῆσεται, λέγει· καλῶς γοε σφόδρα νοῶν, ἀλλ' ὅτι τὸ γεννώμενον ἅγιον, οὐδὲ τὸ ἔσται προτεθεικῶς· ἦν γὰρ αἰεὶ τοῦτο κατὰ φύσιν ὡς Θεός. Ἐπειδὴ δὲ εἶμαι προσήκειν πανταχόθεν ἡμᾶς θηραῖσθαι τὸ ὠφελοῦν, παρενεχθείσης ἀπαξ τῆς τοῦ ἀρχαγγέλου φωνῆς, φέρε καὶ εἰς αὐτὸν ὀλίγα γυμνάσωμεν. « Πνεῦμα, φησὶν, ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. » Λεγέτω τοίνυν ἡμῖν ὁ ἐκ πολλῆς ἀμαθίας τοῖς ὀρθοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἀντιτείνων δόγμασι, πότερον ποτε καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Υἱὸς ἦν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, ἢ ἐν μόνοις τοῖς ὀνόμασιν εἶχε τὴν δόξαν, νόθος δὲ ἦν, καὶ ψευδύνημος. Εἰ μὲν γὰρ ὅπως οὐκ εἶναι φησὶν Υἱὸν, ἀρνήσεται τὸν Πατέρα· τίνος γὰρ ἔσται Πατήρ, οὐκ ὄντος Υἱοῦ; Φρονήσει δὲ ἀπάσαις τὰ ἐναντία ταῖς θείαις Γραφαῖς. Εἰ δὲ Υἱὸν ὁμολογεῖ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν Υἱὸν εἶναι τε καὶ λέγεσθαι, πῶς ἡμῖν ὁ ἀρχάγγελος τὸ τεχθήσθαι μέλλον διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, κληθήσεσθαι φησὶν Υἱὸν Θεοῦ, καίτοι τοῦτο καὶ πάλαι κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα; Ὡσπερ οὖν αἰδιῶς ὑπάρχων μετὰ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὡς ἀρχὴν ἔχων τοῦ εἶναι, κατὰ τὸν τῆς σαρκώσεως χρόνον Υἱὸς ὀρίζεται Θεοῦ, διὰ τὸ πεφηνέναι μετὰ σώματος εἰς τὸν κόσμον· οὕτως ἔχων οὐσιωδῶς ἐν ἑαυτῷ τὸ ἴδιον Πνεῦμα, λαμβάνειν ὡς ἄνθρωπος λέγεται, διασώζων τῇ ἀνθρωπότητι τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τάξιν, καὶ σὺν αὐτῇ τὰ αὐτῇ πρέποντα δι' ἡμᾶς οικειούμενος· πῶς δ' ἂν καὶ ὅπως, δίχα ποτὲ τοῦ ἰδίου Πνεύματος ὁ Λόγος νοῖτο; Ἡ δὲ γὰρ οὐκ ἄτοπον ἀνθρώπου κειωρισθαι λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, κατὰ τε τὸν τῆς φύσεως ὄρον, καὶ εἰς ὀλόκληρον τοῦ ζώου τὸν ἀπαρισμόν; Ἄλλ' οἶμαι πᾶσιν ὑπάρχειν τοῦτο καταφανέστατον. Τίνα δὴ οὖν τρόπον ἀπομεριούμεν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὕτως ἐμπεφυκὸς, καὶ οὐσιωδῶς ἠνωμένον, δι' αὐτοῦ τε προκύπτον, καὶ ὑπάρχον ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι νομίζεσθαι παρ' αὐτὸν, διὰ τε τὴν τῆς ἐνσργείας ταυτότητα, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον; Ἄκουε δὴ τί φησὶν ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· « Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, καὶ γὰρ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ

A credere Joannem ab utero matris suæ Spiritu sancto repletum, propterea quod ita scriptum est de ipso; hujus vero, imo universorum potius Dominum, existimare tunc primum universonum accepisse Spiritum, cum baptizatus est, licet sanctus Gabriel ad sanctam Virginem dicat: « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei <sup>45</sup>. » Quorum verborum sensum quisquis est discendi cupidus perpendat. De Joanne enim Spiritu sancto repletum iri ait: in ipso quippe erat ex munere, non substantialiter sanctus Spiritus. De Salvatore vero, non jam repletum iri dicit: præclare sane; sed quod nascetur, sanctum esse; neque fore addidit: sanctus enim natura semper fuit, qua Deus. Verum quoniam decet nos undique venari quod in rem sit, propositis semel angeli verbis, agendum ea paucis expendamus. « Spiritus, inquit, sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. » Dicit ergo nobis, qui præ multa inscitia rectis Ecclesiæ dogmatis adversatur, utrum etiam ante incarnationem Filius esset Verbum Dei ac Patris, aut solo nomine tenus gloriam illam haberet, ac spurius esset, falsoque Filius nuncupatus. Si enim plane Filium esse negat, Patrem negabit: (cujus enim Pater erit, si non sit Filius?) et sententiam afferet cunctis divinis Scripturis contrariam. Sin autem Filium etiam ante incarnationem fateatur Filium esse ac dici, quomodo nobis archangelus id quod per Virginem nasci debebat Filium Dei vocatum iri ait, quamvis id etiam olim secundum naturam existeret? Quemadmodum igitur ab æterno existens cum Patre Filius, ut existendi principium habens incarnationis tempore Filius Dei statuitur, propterea quod cum corpore in hoc mundo apparuit: ita licet Spiritum suum habeat in seipso, eum tamen accipere dicitur, ut homo, convenientem gradum servans humanitati, et una cum ipsa quæ ei conveniunt propter nos sibi asciscens. Quomodo vero, quæso te, absque proprio Spiritu Verbum intelligitur? Nunquid enim absurdum esset dicere hominis spiritum ab homine separatam esse ratione naturæ, et integra perfectione animalis servata? Patet id, opinor, cuivis. Quo pacto igitur separabimus Spiritum a Filio, sic innatum ei et substantialiter unitum, **126** quique per ipsum prodit, et in ipso naturaliter existit, ita ut nihil aliud esse putetur ab ipso, propter operationis identitatem, et ipsam omnimodam naturæ similitudinem. Audi ergo quidnam Salvator ad suos discipulos dicat: « Si diligitis me, mandata mea servate: et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis, quem mundus non potest capere <sup>46</sup>. » Ecce aperte Spiritum veritatis vocat sanctum Spiritum. Quod autem ipse ac

<sup>45</sup> Luc. i, 35. <sup>46</sup> Joan. xiv, 15, 16.

non alius ab ipso sit veritas, audi rursus dicentem : « Ego sum veritas <sup>47</sup>. » Cum ergo veritas sit et vocetur natura Filius : vide quantam habeat cum ipso Spiritu unitatem. Ait enim alicubi de Salvatore nostro Joannes discipulus : « Hic est qui venit per aquam, et sanguinem, et Spiritum, Jesus Christus : non in aqua solum, sed in aqua et sanguine ; et Spiritus est qui testatur, quia Christus veritas est <sup>48</sup>. » Proinde, et inhabitante in nobis sancto Spiritu, in interiori homine, habitare ipse dicitur Christus, atque ita se res habet natura. Et certe beatus Paulus id clarissime docens ait : « Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu ; siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si vero Christus in vobis, corpus quidem mortuum propter peccatum, Spiritus autem vita propter justitiam <sup>49</sup>. » Hic promptam aurem, quæso, dictis accommoda. Cum Spiritum Christi inhabitantem in nobis nominasset, statim subjunxit : Si vero Christus in vobis, æqualem per omnia similitudinem statuens Filii cum Spiritu qui proprius ejus est et ab ipso secundum naturam procedit. Ideoque Spiritus adoptionis quoque dicitur, et in ipso clamamus : Abba Pater <sup>50</sup>. Et ut beatus alicubi Joannes ait : « Ex hoc cognoscimus, quia in nobis est, quia de Spiritu suo dedit nobis <sup>51</sup>. » Hæc suffectura quidem arbitror, ut Ecclesiæ filii possint hæreticorum damna repellere : si quis autem mera inscitia ebrius ac temulentus, Filium existimat tum primum Spiritum accepisse, cum factus est homo : ostendat Dei Verbum ante incarnationem sanctum non esse, et nos tacebimus. Jure autem mirandus est sanctus evangelista qui ubique multa cum cautione conservat ea quæ naturæ divinæ conveniunt. Cum enim antea dixisset, neminem unquam vidisse Deum <sup>52</sup>, et **127** nunc a beato Baptista visum Spiritum asserat, descendentem super Filium cœlitus, addit necessario, spectasse quidem, sed specie columbæ, non simpliciter qualis natura sua existit, sed mitissimi animalis specie adumbratum, ut hoc pacto rursus videretur conjunctionem et similitudinem naturalem servare cum Filio dicente : « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde <sup>53</sup>. » Igitur non desinet esse Deus secundum naturam Spiritus : de quo nempe dicitur nunquam visum esse, nisi duntaxat in columbæ specie propter discentis utilitatem. Loco enim signi et indicii datam sibi fuisse descensionem Spiritus, beatus Baptista proficitur, Salvatoris nostri testimoniis illud addens : « Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto <sup>54</sup>. » Quam ob rem insanos hæreticos vehementer irridendos arbitror, qui quod signi loco positum est, pro veritate ipsa rei capiunt, quamvis singulari factum id sit consilio,

ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται χωρεῖν. Ἰδοὺ διαβρῆθην Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἅγιον Πνεῦμα φησιν. Ὅτι δὲ αὐτός, καὶ οὐχ ἕτερός ἐστι παρ' αὐτὸν ἡ ἀλήθεια, πάλιν ἄκουσ λέγοντος : « Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Ἀληθείας οὖν ὄντος τε καὶ κεκλημένου τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ, βλέπε πόσην ἔχει τὸ Πνεῦμα πρὸς αὐτὸν τὴν ἐνότητά. Λέγει γάρ που περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰωάννης ὁ μαθητῆς· « Οὗτός ἐστιν ὁ ἔλθων δι' ὕδατος, καὶ αἵματος, καὶ Πνεύματος Ἰησοῦς Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι, καὶ τῷ αἵματι, καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστι τὴ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. » Διὰ τοῦτο, καὶ ἐνοικούντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικεῖν αὐτὸς λέγεται Χριστός, καὶ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα τῆ φύσει. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος σαφέστατα τοῦτο διδάσκων φησιν· « Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστός ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. » Ὁξείαν, ὡ οὗτος, τοῖς εἰρημένοις ὑπόσχεας τὴν ἀκοήν. Πνεῦμα Χριστοῦ τὸ κατοικοῦν ἐν ἡμῖν ὀνομάσας, ἐπήγαγεν εὐθύς· Εἰ δὲ Χριστός ἐν ὑμῖν, ἀπαράλλακτον εἰσφέρων τὴν ὁμοιότητα τοῦ Υἱοῦ, πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχοόμενον Πνεῦμα. Διὰ τοῦτο, καὶ Πνεῦμα υἱοθεσίας λέγεται, καὶ ἐν αὐτῷ κράζομεν· Ἀββὰ ὁ Πατήρ. Καὶ ὡς ὁ μακάριος πού φησιν Ἰωάννης· « Ἐκ τούτου γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστὶν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. » Οἴμαι μὲν εὖν ἐξαρκέσειν καὶ ταῦτα, πρὸς τὸ δύνασθαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας τέκνα τὰ τῶν ἑτεροδοξούντων ἀποκρούσασθαι βλάβη· εἰ δέ τις ἀκράτῳ τῆς ἀμαθίας βεβάπτισται μέθῃ, τότε δὲ πρῶτον τὸ Πνεῦμα λαβεῖν οφεται τὸν Υἱὸν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος· ἀποδεικνύτω πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἅγιον οὐκ ὄντα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ἡμεῖς σιωπήσομεν. Ἀποθαυμάσαι δ' ἄν τις καὶ λίαν εἰκότως τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν τὰ τῆς θείας πρέποντα φύσει μετὰ πολλῆς τινας τῆς ἐπιτηρήσεως πανταχῇ διασώζοντα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐφη πρὸς τούτων, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἐώρακε πώποτε, θεθεῖσθαι δὲ νῦν τὸ Πνεῦμά φησι τὸν μακάριον Βαπτιστὴν, καταβαῖνον ἐπὶ τὸν Υἱὸν ἐξ οὐρανοῦ, προστιθησὶν ἀναγκαίως, ὅτι θεάσοιτο μὲν, πλὴν ἐν εἰδει περιστερᾶς, οὐκ αὐτὸ κατὰ φύσιν, ἔπερ ὑπάρχει γυμνόν, ἀλλ' ἐν τῷ πρῶτατῳ σχηματιζόμενον ζῶν· ἵνα φαίνεται πάλιν καὶ διὰ τούτου οἰκειότητα, καὶ ὁμοίωσιν διασῶζον φυσικῆν, πρὸς τὸν Υἱὸν τὸν λέγοντα· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρῶτος εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Οὐκοῦν οὐκ ἀποπεσεῖται τοῦ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα· τετήρηται γὰρ αὐτῷ τὸ μὴ θεθεῖσθαι πώποτε, πλὴν ὅσον ἐν τῷ τῆς περιστερᾶς σχηματισμῷ, διὰ τὴν τοῦ μανθάνοντος χρείαν. Ὡς γὰρ ἐν σημείου καὶ γνωρίσματος τάξει δεδῶσθαι φησιν ἐαυτῷ τὴν τοῦ Πνεύματος κάθοδον ὁ μακάριος Βαπτιστῆς, ταῖς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν

<sup>47</sup> Joan. xiv, 6. <sup>48</sup> I Joan. v, 6. <sup>49</sup> Rom. viii, 9, 10. <sup>50</sup> Ibid. 15. <sup>51</sup> I Joan. iv, 13. <sup>52</sup> Ibid. 12.

<sup>53</sup> Matth. xi, 29. <sup>54</sup> Joan. i, 3.

μαρτυρίας ἐπενεγκῶν, ὅτι « Ὁ πέμψας με βαπτί- ζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι τῷ ἁγίῳ. » Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ μάλιστα διαγελᾶν οἶμαι πρέπειν τοὺς ἀνοήτους αἰρετικούς, τὸ ἐν τάξει σημείου τεθὲν, εἰς ἀλήθειαν πράγματος ἐκλαμβάνοντας, εἰ καὶ γέγονεν οἰκονομικῶς, καθάπερ ἔβη προσέρρηται, διὰ τὴν τῆς ἀνθρω- πότητος χρεῖαν.

Καὶ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

Ἀσφαλῆς ὁ μάρτυς, ὅπερ ὄντως θεάεται, τοῦτο καὶ λαλῶν. Οὐκ ἄγνοεῖ γὰρ Ἰσως τὸ γεγραμμένον· « Ἄ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, λέγε. » Εἶδον οὖν, φησὶ, τὸ σημεῖον, καὶ συνῆκα τὸν δι' αὐτοῦ σημαίνον. Μαρτυρῶ δὲ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ διὰ νόμου μὲν τοῦ διὰ Μωσέως ἀναβοώμενος, διὰ φωνῆς τῶν ἁγίων προφητῶν κηρυττόμενος· δοκεῖ δέ μοι πάλιν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς μετὰ πολλῆς τινοσ τῆς ἀσφαλείας εἰπεῖν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, » τοῦτ' ἐστιν, ὁ εἶς καὶ μόνος κατὰ φύσιν, ὁ τῆς τοῦ γεννήσαντος ιδιότητος κληρανόμος, πρὸς ὃν καὶ ἡμεῖς οἱ κατὰ θέσιν μορφούμεθα, καὶ δι' οὐ πρὸς τὸ τῆς υιοθεσίας ἀξίωμα κατὰ χάριν κεκλήθημεν. Ὡς γὰρ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, « Πᾶσα πατριὰ ἐν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, » ὁ διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι κυρίως καὶ πρῶτον [αἰ. πρώτως] καὶ ἀληθῶς Πατέρα, οὕτω καὶ πᾶσα υἰότης ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι κυρίως καὶ μόνον ἀληθῶς Υἱὸν, οὐ νόθον οὐδὲ ψευδώνυμον, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐ κατὰ ἀποκοπήν, ἢ βρῦσιν, ἢ μερισμὸν, ἢ τομήν· ἀπαθῆς γὰρ ἡ θεία φύσις παντελῶς· ἀλλ' ὡς ἓνα ἐξ ἑνός, ἀεὶ συνυπάρχοντα, καὶ συναϊδιον καὶ ἐμπεφυκότα τῷ γεννήσαντι, ἐν αὐτῷ τε ὄντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ προελ- θόντα ἀμερίστως καὶ ἀδιαστάτως, ἐπεὶ μὴδὲ κατὰ σῶμα τὸ θεῖον, μῆτε τόπω περιληπτόν, ἢ διαστημα- τικὰς τὰς μεταβάσεις ποιῆσθαι πεφυκός, ἀλλ' ὡς πρόεισιν ἐκ πυρὸς ἡ ἐνοῦσα θερμότης αὐτῷ, δοκοῦσα μὲν πως αὐτοῦ ταῖς ἐπινοαῖς μερίζεσθαι, καὶ ἕτερόν τι παρ' αὐτὸ ὑπάρχειν, ἐξ αὐτοῦ δὲ οὐσα καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν, καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσα μετὰ τοῦ μὴδὲν ἀδικεῖν κατὰ γε τὸν ἀποκοπῆς, ἦτοι μερισμοῦ καὶ βρῦσεως λόγον· ὅλη γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ πυρὶ σώζεται· οὕτω νοήσομεν καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ γεννήματος θεο- πρεπεστάτην ἐπ' αὐτῷ τὴν θεωρίαν λαμβάνοντες· καὶ Υἱὸν μὲν ἰδίως ὑφεισθῆναι πιστεύοντες, οὐ μὴν ἔξω τιθέντες αὐτὸν τῆς μιᾶς καὶ ἀφράστου θεότητος, οὐδὲ τοῦ Πατρὸς ἕτεροῦσιον εἶναι λέγοντες· ἢ γὰρ ἂν Υἱὸς οὐκέτ' ἂν νοοῖτο δικαίως, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο, καὶ πρόσφατος ἡμῖν ἀνατελεῖ Θεός, ἕτερος ὑπάρχων παρὰ τὴν ὄντα καὶ μόνον. Τὸ γὰρ οὐκ ὄν ὁμοούσιον τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ, πῶς οὐ πάντως ἀπο- πεισεται τοῦ εἶναι Θεός ἀληθινός; Ἐπειδὴ δὲ ἀξιό- χρεῶς τε καὶ ἀξιολογώτατος ὁ μακάριος Βαπτιστῆς, μαρτυρεῖ δὲ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· Θεὸν εἶναι πάντως ἀληθινὸν ὁμολογήσομεν τὸν Υἱὸν, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς· τοῦτο γὰρ ἡμῖν σημαίνει τὸ τῆς υἰότητος ὄνομα, καὶ ἕτερον οὐδέν.

Τῇ ἑκαυρίῳ πάλιν εἰστίηκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο, καὶ ἀμφιλέψας τῷ

A quemadmodum jam dictum est, ad humani generis utilitatem.

I, 34. Et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.

Gravissimus testis, qui quod revera spectavit, illud etiam loquitur. Non enim forsitan ignorat id quod scriptum est: « Quæ oculi tui viderunt, illa dicito ». Vidi ergo, inquit, signum, et agnovi eum qui per ipsum significabatur. Testor autem hunc esse Dei Filium, qui a Mose per legem prædicatus est, et sanctorum prophetarum voce. Rur- sus autem, beatus evangelista mihi videtur consi- derate admodum dicere: « Hic est Filius Dei, » hoc est, unus ac solus secundum naturam, ille pa- ternæ proprietatis hæres, ad quem etiam nos ad- optivi conformamur, et per quem ad dignitatem adoptionis per gratiam vocati sumus. Ut enim ex Deo et Patre « Omnis paternitas in celo et in terra nominatur », propterea quod ipse est proprie, per se, et vere Pater est, sic etiam omnis filiatio ex Filio, propterea quod ipse proprie duntaxat est Filius, non spurius, neque falso nuncupatus, sed ex substantia Dei ac Patris, non per decisionem, aut fluxum, seu divisionem (divina quippe natura passionis omnis est expers) sed unus ex uno, **128** semper coexistens, et coæternus, et Patri insitus, et in ipso existens, atque ex ipso procedens, citra divisionem et indivisibile, quandoquidem neque corporeus est Deus, nec loco circumscibitur, aut transitu locorum spatiorumque movetur, sed quem- admodum ex igne prodit insita ei caliditas, quæ videtur ab eo quodammodo cogitatione separari, et aliud ab ipso quiddam existere, cum sit ex ipso et in ipso secundum naturam, et ex eo citra damnum ullum procedat, nimirum citra decisio- nem seu divisionem ac fluxum (tota enim in toto servatur igne) sic etiam statuendum nobis est de divino genimine, pro eo ac de Deo decet cogitan- tibus: et Filius proprie quidem subsistere creden- dus, non tamen ab una et ineffabili deitate excludendus, neque alterius esse a Patre substan- tiæ dicendus. Alioqui enim non amplius Filius esse jure putabitur, sed aliquid aliud ab ipso, et recens nobis Deus existet, alius ab eo qui est ac solus est. Quod enim non est consubstantialia na- turali Deo, quomodo fieri poterit ut sit Deus verus? Sed cum gravissimus ac locupletissimus sit beatus Baptista, et hunc esse Filium Dei testetur, Filium Deum esse verum utique fatebimur, et de substantia Patris. Hoc enim, et nihil aliud signifi- cat nomen filiationis.

I, 35-36. Altera die iterum stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo: et respiciens Jesum ambulau-

<sup>128</sup> Prov. xxv, 8. <sup>129</sup> Ephes. iii, 15.

tem dicit : *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.*

Ipsam jam antea beatus Baptista demonstravit : sed ecce rursus eadem oratione repetita suis discipulis ostendit Jesum et agnum Dei nominat, et tollere mundi peccatum ait, propemodum eis in memoriam ipsum revocans apud prophetas dicentem : « Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas, et non recordabor <sup>87</sup>. » Non frustra vero beatus Baptista eadem de Salvatore identidem repetit. Officium quippe ac virtus doctoris est, res nondum perceptas discipulorum mentibus inculcare, nec eadem sæpius repetendo gravari, sed ad discipulorum utilitatem patienter id agere. Quod sit ut beatus quoque Paulus dicat : « Eadem vobis scribere, me quidem non piget, vobis autem necessarium est <sup>88</sup>. »

**129 I, 37.** *Et audierunt eum: duo discipuli loquentem, et secuti sunt Jesum.*

Vides quam cito suum fructum doctrina protulit? Vides quantum repetitionis lucrum inventum sit? Discat ergo ex his, quisquis ille est cui docendi creditum munus est, pigritiam omnem superare, sibi que majori noxæ quam auditoribus putare silentium, nec talentum Domini in ignava inertia, velut humi defodere, sed argentum potius nummulariis tradere. Recipiet enim Salvator quod suum est cum fenore, ac veluti semen quoddam injectum sermonem vivificabit. Habes hic admodum genuinam istius rei demonstrationem. Non gravatus enim Baptista suis discipulis Dominum ostendere, iterumque repetere : « Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi <sup>89</sup>, » tantum discipulis suis contulit, ut eos sequi demum persuaserit, et ejus disciplinæ sese jam tum adjungere.

**I, 38.** *Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis?*

Opportune conversus est Dominus ad sequentes se, ut reipsa discas quod in Psalmis canitur : « Exquisivi Dominum et intendit mihi <sup>90</sup>. » Quandiu enim bonis moribus et recta fide Deum non quærimus, post ipsum averso vultu quodammodo collocati sumus : sed cum divinæ legis siti sanctum et eximium justitiæ iter insistimus, tunc certe nos respicit, illud nobis inclamans : « Convertimini ad me, et convertar ad vos, dicit Dominus omnipotens <sup>91</sup>. » Ad eos autem Christus, « Quid queritis? » inquit, non quod ignoraret (cuncta enim novit, ut Deus), sed quod interrogationem hanc colloquendi primordium ac veluti radicem statueret.

**I, 38.** *Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum magister), ubi habitas?*

Docte ei occurrunt interrogati. Primum enim magistrum ipsum vocant, clare significantes se

Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

Φθάσας ἤδη προέδειξεν αὐτὸν ὁ μακάριος Βαπτιστῆς· ἀλλ' ἰδοὺ καὶ αὖθις τὸν αὐτὸν ἀνακυκλήσας λόγον, ἐπιδεικνύει τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀμνὸν ὀνομάζει Θεοῦ, καὶ τὴν τοῦ κόσμου φησὶν αἴρειν ἁμαρτίαν, μονονοχὶ πρὸς ὑπόμνησιν ἄγων τοὺς ἀκρωμένους τοῦ ἐν προφήταις λέγοντος· « Ἐγὼ εἰμι, ἐγὼ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. » Ἐπαναλαβὼν δὲ οὐ μᾶτρν ὁ Βαπτιστῆς τὴν αὐτὴν ποιεῖται περὶ τοῦ Σωτῆρος ἐξηγήσιν. Ἀρετῆς γὰρ ἔστιν ἔργον διδασκαλικῆς· τὸν οὕτω παραδειχθέντα λόγον, ταῖς τῶν μαθητευομένων ἐγκαθειργνύουσι ψυχαῖς, οὐκ ὀκνοῦσης πρὸς ἐπανάληψιν, ἀνεξικακούσης δὲ μᾶλλον ἐπ' ὠφέλειαν τῶν παιδευομένων. Διὰ γὰρ τοι τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησι· « Τὰ αὐτὰ λέγειν ὑμῖν, ἔμοι μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. »

Καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.

Ὅρας τῇ διδασκαλίᾳ γείτονα τὸν ἐξ αὐτῆς ἀναδοθέντα καρπὸν; Ὅρας ὅσον τῆς ἐπαναλήψεως εὐρέθῃ τὸ κέρδος; Μανθανέτω τοῖγαροῦν διὰ τούτων ὁ διδάσκειν πεπιστευμένος, ὅκνον μὲν ἀμείνων ὁρᾶσθαι παντὸς, ἑαυτῷ δὲ πλεόν, ἢ τοῖς ἀκρωμένοις ἐπιζητήμιον ἡγεῖσθαι τὴν σιωπὴν, καὶ μὴ εἰς ἀργίαν μὲν ἀδρανῆ, καθάπερ εἰς γῆν, τὸ δεσποτικὸν ἀντορύττειν· τάλαντον, διανέμειν δὲ μᾶλλον τοῖς τραπεζίταις τὸ ἀργύριον· κομιεῖται γὰρ ὁ Σωτὴρ τὸ ἑαυτοῦ σὺν τόκῳ, καὶ καθάπερ τινὰ σάφρον ζωογονήσει τὸν ἐγκαταβληθέντα λόγον. Ἐχεις ἐν τούτοις εὐφυστάτην τῶν εἰρημένων ἀπόδειξιν. Οὐ γὰρ ὀκνήσας ὁ Βαπτιστῆς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπίδειξαι τὸν Κύριον, καὶ εἰς δευτέρον εἰπεῖν· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, » τοσοῦτον αὐτοὺς ὠφελήσας ὁρᾶται, ὡς καὶ ὑποτεῖσαι λοιπὸν ἀκολουθεῖν, καὶ ἤδη τῆς ὑπ' αὐτῷ μαθητείας ἔρῃν.

Στραφεῖς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς· Τί ζητεῖτε;

Ἐπεστράφη χρησίμως πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας ὁ Κύριος, ἵνα ἔργῳ μάθῃς τὸ μελωδούμενον· « Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. » ἕως μὲν γὰρ οὕτω διὰ τρόπων αγαθῶν, καὶ τῆς ἐν τῷ πιστεῦειν ἠρθότητος ἐπιζητοῦμεν τὸν Θεόν, ἐκ προσώπου τρόπον τινὰ κατόπιν κείμεθα· ἐπὶ δὲ τὸν θεῖον αὐτοῦ διψήσαντες νόμον, τὴν ἀγίαν καὶ ἐξάρετον τῆς δικαιοσύνης ἰχνηλατῶμεν ὁδόν, τότε δὴ πάντως ἡμᾶς ἐπισκέπεται τὸ γεγραμμένον ἐκεῖνο βοῶν· « Ἐπιστρέψατε πρὸς με, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » — « Τί ἐζητεῖτε; » φησὶ πρὸς αὐτοὺς· οὐκ ἀγνοήσας, πόθεν πάντα γὰρ οἶδεν ὡς Θεός· ἀρχὴν δὲ καὶ ῥίζαν ταῖς διαλέξεσι τιθεὶς τὴν ἐρώτησιν.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ῥαββί, ὃ λέγεται ἐρμηνευόμενον, Διδύσκαλε, ποῦ μένει;

Εὐπαιδευτῶς ὑπαντῶσιν οἱ διερωτώμενοι· διδάσκαλον γὰρ ἤδη καλοῦσι, τὸ βούλεσθαι τι μαθεῖν

<sup>87</sup> Isa. XLIII, 25. <sup>88</sup> Philipp. III, 1. <sup>89</sup> Joan. I, 29. <sup>90</sup> Psal. XXXIII, 5. <sup>91</sup> Zachar. I, 3.

οὐκ αὐτοῦ σαφῶς ἐρμηνεύοντες· εἶτα τὴν ἐστὶν ἄξιουσιν εἰπεῖν, ὡς ἐν αὐτῇ τὴν χρεῖαν ἐροῦντες εὐκαίρως· οὐ γὰρ δήπου, κατὰ τὸ εἶδος, τὸν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις λόγον, ἔδοξεν ἄλλοις ποιῆσαι δεῖν ἐδοκίμαζεν [αἰ. ἐδοκίμαζον]· ἔσται δὲ πάλιν ἡμῖν εἰς τύπον ἐπωφελῆ τὸ λεγόμενον.

*Λέγει αὐτοῖς· Ἐρχεσθε καὶ ἴδετε.*

Οὐ σημαίνει τὴν οἰκίαν, καίτοι τοῦτο ποιεῖν ἐξαιτούμενος, ἵνα δὲ μᾶλλον εἰς αὐτὴν παραχρημα κελεύει· πρῶτον μὲν ἐκείνου διδάσκων, ὡς ἐν ὑπογραμμῶ τῷ πράγματι, ὅτι τῶν ἀγαθῶν τὴν ζήτησιν οὐκ εἰς ὑπερθέσεις ἀναρρίπτεισθαι καλόν· τὸ γὰρ μέλλειν ὅλως ἐν τοῖς ὠφελῆν παφύκσι ἐπιζήμιον· εἶτα πρὸς τοῦτω, καὶ τότε, ὅτι τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐστὶ τὸν ἅγιον οἶκον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, τοῦτ' ἐστὶ τὴν Ἐκκλησίαν, οὐ τὸ ὅποι ποτὲ κεῖται μαθεῖν ἀρκέσει πρὸς σωτηρίαν, ἀλλὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως, ἰδεῖν τε τὰ ἐν αὐτῷ μυστικῶς δηλονότι τελούμενα.

*Ἦλθον οὖν καὶ εἶδον τοῦ μένει, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην· ὥρα ἦν ὡς δεκάτη.*

Εὐπαρέδρως οἱ μαθηταὶ τὴν τῶν θείων μυστηρίων ἐπαυδαῖον γινώσκον· οὐ γὰρ οἶμαι πρέπειν ἀφίκορον τοῖς φιλομαθέσιν ὑπάρχειν διάνοιαν, φιλοπονωτάτην δὲ μᾶλλον, καὶ τῆς ἐν ἰδρωσίν ἀγαθοῖς μικροψυχίας κρείττονα, ὡς εἰς ἅπαντα τῆς ζωῆς τὸν καιρὸν ἐν ὀλοκλήρῳ τῇ προθυμίᾳ φαίνεσθαι διατρέποντας· τοῦτο γὰρ ὡς δι' αἰνίγματος οἶμαι δηλοῦν τὸ, « Παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην » ἐπειδὴ δὲ φησὶ, « Ὁρα ἦν ὡς δεκάτη, » καὶ πρὸς αὐτὸ τοῦτο λεγόμενον τὸν ἐκάστῳ χρησίμῳ τε καὶ οἰκείῳ ἐφαρμόζοντες λόγον, ὅτι πάλιν ἡμᾶς διὰ τῆς οὕτω λεπτῆς ἐπιχειρήσεως ἐκδιδάσκει τῆς θεολογίας ὁ συγγραφεὺς, ὡς οὐκ ἐν ἀρχῇ τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ μέγα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐγνώσθη μυστήριον, ἀλλ' εἰς τέλος ἦδη καταλύοντος τοῦ καιροῦ· « Ἐπ' ἐσχάτων γὰρ, ὡς γέγραπται, τῶν ἡμερῶν διδάκτοί πάντες ἀναδεδειγμένα Θεοῦ. » Δέχου δὲ μοι πάλιν τῶν εἰρημέων εἰκόνα περὶ τὴν δεκάτην ὥραν, προσεδρεύοντας τῷ Σωτῆρι τοὺς μαθητάς, οὓς καὶ καταλύσαντας ἅπαξ προσμεμενησάντων φησὶν ὁ ἅγιος εὐαγγελιστῆς· ἵνα πάλιν μαθησάντων οἱ διὰ πίστεως εἰς τὸν θεῖον εἰσελαύνοντες οἶκον, καὶ αὐτῷ προστρέχοντες τῷ Χριστῷ, ὅτι χρὴ προσμένειν αὐτῷ, καὶ μὴ πάλιν ἀλλοτριοῦσθαι φιλεῖν, ἢ πρὸς ἀμαρτίαν ἐκβαίνοντας, ἢ παλινδρομοῦντας εἰς ἀπιστίαν.

*Ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἰς ἓκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ· εὗρισκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ· Εὗρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὃ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον ὁ Χριστός, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.*

Οἱ λαβόντες ἄρτι τὸ τάλαντον, εὐθύς τοῦ τάλαντου τὴν ἐργασίαν ἐπάγουσιν, καὶ τῷ Δεσπότη προσάγουσι. Τοιαῦτα γὰρ ἔντως αἱ φιλήκοοι τε καὶ εὐμαθεῖς ἔρῳνται ψυχῇ, οὐ μακρῶν δεόμενα πρὸς ὠφέλειαν ῥημάτων, οὐδὲ ἐν κύκλοις ἐτῶν, ἢ μηνῶν τὸν ἕκ τῆς

velle aliquid discere. Tum rogant uti domum suam indicet, tanquam ibi opportune dicturi quod sit operæ pretium. Nolebant enim, ut credibile est, de rebus gravissimis obiter tantum colloqui. Quo ex dicto exemplum nobis rursus utile capiendum est.

**130** I, 39. *Dicit eis: Venite et videte.*

Domum suam non indicat, quamvis hoc rogetur, sed potius ut ad eam statim se conferant jubet. Primum quidem, ut ea re ad exemplum proposita doceret in quaerendis bonis malam esse dilationem: in rebus enim utilibus damnosa est omnis cunctatio. Deinde, ignorantibus adhuc sanctam Salvatoris nostri Christi domum, id est Ecclesiam, ad salutem non sufficere, si didicerint ubinam illa sit, nisi ad ipsum per fidem venerint, et quæ mystice in eo peraguntur perspexerint.

**I**, 39. *Venerunt igitur et viderunt ubi maneret, et apud eum manserunt die illo: hora erat quasi decima.*

Assidui erant discipuli in percipienda divinorum mysteriorum cognitione. Levitatem quippe discendi cupidis convenire non existimo, sed laboriosum animum ac generosum, adeo ut omni tempore vitæ constanti studio clareant. Id enim significari arbitror his verbis: « Et apud eum manserunt die illo. » Cum autem ait: « Hora erat quasi decima, » theologum dicimus accommodata cuique ratione rursus nos subtiliter edocere, non in hujus sæculi primordio magnum illud Salvatoris nostri mysterium innotuisse, verum tempore jam ad finem tendente. « In novissimis » enim, ut scriptum est, « diebus, docti a Deo omnes sumus ». Præterea, cum discipuli circiter horam decimam Salvatori assideant, et a sancto evangelista apud eum porro mansisse dicantur: discant rursus inde qui per fidem in divinam domum ingrediuntur, et ad Christum accurrunt, apud ipsum manendum esse, nec ab eo secedendum ad peccatum transeundo, aut in incredulitatem rursus migrando.

**I**, 40, 41. *Erat Andreas frater, Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant a Joanne, et secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus **131** Messiam (quod est interpretatum Christus). Et adduxit eum ad Jesum.*

Qui talentum nuper acceperant, ejus statim quaestum uberiorem Domino offerunt. Tales enim profecto sunt illæ studiosæ animæ, quibus opus non est multis verbis ut erudiantur, neque longo annorum aut mensium curriculo, ut doctrinæ fru-

<sup>61</sup> Jerem. xxxi, 34.

cum afferant: sed in ipsis discendi primordiis scientiæ perfectionem, complectuntur. « Sapiens enim da occasionem, et sapientior erit, inquit Scriptura: notifica justo, et addet ad recipiendum <sup>62</sup>. » Fratrem itaque suum Andreas servat, Petrum videlicet, totum illud magnum brevi compendio declarans mysterium. Invenimus enim, inquit, Jesum, ceu « Thesaurum in agro absconditum, aut pretiosam margaritam <sup>63</sup> », juxta evangeliorum parabolis.

**I, 42.** *Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petra.*

Divinitus intuetur, qui corda et renes novit, et cernit quantam ad pietatem discipulus perventurus sit, et quantam ad virtutis perfectionem evehendus. Nihil enim ignorat qui cuncta novit priusquam fiant, quo sane potissimum docet prædictum discipulum, se citra cujusquam doctoris operam, Deus cum sit, cuncta nosse. Nulla siquidem oratione præmissa, nullaque facta inquisitione, ut disceret quis aut unde is ad se veniret, tam patrem ejus quam ipsum nomine appellat, et Simonem eum non jam vocari patitur, eum sibi pro sua potestate iam tum ut suum vindicans, sed congrua similitudine Petrum a petra vocari placuit, puta super quem fundaturus erat suam Ecclesiam.

**I, 43, 44.** *In crastinum voluit Jesus exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dicit ei Jesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andree et Petri.*

Erat ejusdem animi cum prioribus Philippus, et ad sectandum Christum perquam idoneus. Hunc probum fore Christus noverat, ideoque, « Sequere me », inquit, hoc verbo gratiam qua donatus erat demonstrans, et cum sequi jubet, hominem probæ vitæ esse testificans; neque **132** enim cum nisi probum ad id muneris elegisset.

**I, 45.** *Invenit Philippus Nathanael, et dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, et prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth.*

Cito admodum ille discipulus fructum affert, ut vel hinc ejusdem animi ac studii cum prioribus esse videretur. Invenit enim Nathanael, non certe casu oblatum, sed multo studio quæsitum. Norat quippe studiosissimum illum esse ac valde eruditum: deinde narrat se Christum invenisse illum per omnes Scripturas divinitus prædicatum: neque hominem convenit earum nescium, sed signa quæ tam apud Moysen quam prophetas litteris mandata sunt cum primis edoctum. Invaluerat autem apud Judæos falsa de Christo Salvatore nostro opinio, ex oppido nimirum aut pago Nazareth ipsi fore, quamvis Scriptura divina Bethlehemitam ipsum nuncupet: « Et tu enim, inquit, terra Bethlehem, domus Ephrata, nequaquam mi-

Α παιδεύσεως ανατίκτουσαι καρπὸν, ἀλλ' ὁμοῦ τῆς τῶν μαθητῶν ἀρχαιότητος συνέσει; κατακλείουσαι τέλος. « Δίδου γὰρ σοφῶ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται, » φησὶν ἡ θεία Γραφή: « γινώριζε δικαίω, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι. » Ἀνασώζει δὴ οὖν τὸν οἰκεῖον Ἀνδρέας ἀδελφόν· Πέτρος δὲ οὗτος ἦν· ὅλον ἐν ὀλίγῳ κεφαλαίῳ τὸ μέγα δηλώσας μυστήριον. Εὐρήκαμεν γὰρ, φησὶν, ὡς « Θησαυρὸν κεκρυμμένον ἐν ἀγρῶ, ἢ ὡς ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην » τὸν Ἰησοῦν, κατὰ τὰς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παραβολάς.

Ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Σὺ εἶ Σίμων ὁ Υἱὸς Ἰωάν, σὺ κληθήσῃς Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρα.

Ἀτενίζει θεοπροπῶς ὁ καρδίας ὀρῶν καὶ νεφρούς· ὀρᾶ δὲ πρὸς ὄσην εὐλάβειαν ὁ μαθητῆς ἀναβήσεται, καὶ ποίας ἔσται κάτοχος ἀρετῆς, καὶ εἰς ποῖον καταλήξει τέλος. Ἀγνοεῖ γὰρ οὐδὲν ὁ εἰδῶς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα παιδεύει τὸν κεκλημένον, ὅτι Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς ἀδίδακτον ἔχει τὴν γνῶσιν. Λόγου γὰρ ὅλως δεσθεὺς οὐδεὶς, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιζητήσας μαθεῖν τίς, ἢ πόθεν ἔχοι πρὸς αὐτὸν ὁ ἀνὴρ, ποίου μὲν ἐξέφυ πατρὸς, τίς δὲ καὶ αὐτὸς ὀνομάζοιτο λέγει, καὶ Σίμωνα μὲν οὐκέτι καλεῖσθαι συγχωρεῖ, κατεξουσιάζων ἤδη καὶ κατακρατῶν, ὡς γεγονότος οἰκεῖου· φερωνύμῳ; Ἐξ ἀπὸ τῆς πέτρας μετωνόμαζε Πέτρον· ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἔμελλε τὴν αὐτοῦ θεμελιοῦν Ἐκκλησίαν.

Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὐρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀκολουθεῖ μοι. Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαιδᾶ ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρον.

Ἰσογνωμῶν τοῖς προλαθοῦσιν ὁ Φίλιππος, καὶ λίαν ἔχων ἐπιτηδείως εἰς ἀκολουθήσιν τοῦ Χριστοῦ. Ἥδει γὰρ καὶ αὐτὸν ἐσόμενον ἀγαθόν· διάτοι τοῦτο καὶ φησιν· « Ἀκολουθεῖ μοι, » γινώρισμα τῆς ἐπ' αὐτῷ χάριτος τὸ βῆμα τιθεῖς, καὶ δι' ὧν ἔπεσθαι προστάττει πολιτεῖαν αὐτῷ τὴν ἀρίστην ἐπιμαρτυρῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐπελέξατο, μὴ οὐχὶ πάντως ὄντα χρηστόν.

Εὐρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὁν ἔγραψε Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προφηταί, εὐρήκαμεν Ἰησοῦν υἱὸν Ἰωσήφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ.

Ὁξὺς δὴ λίαν ὁ μαθητῆς εἰς καρποφορίαν, ἵνα φαίνεται διὰ τούτου τοῖς προλαθοῦσι κατὰ τὴν ἕξιν συγγενῆς· εὐρίσκει γὰρ τὸν Ναθαναήλ, οὐχ ἀπλῶς ἐρχομένῳ περιτυχόν, ἀλλὰ πολλὴν ἐπ' αὐτῷ τὴν ζήτησιν ποιησάμενος. Ἥδει γὰρ ὄντα φιλοπονώτα τὸν τε καὶ φιλολογώτατον· εἶτα λέγει τὸν διὰ πάσης κηρυττόμενον τῆς θείας Γραφῆς ἀνηρηκέναι Χριστὸν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι προσομιλῶν, ἀλλ' ὡς λίαν ἐκπεπαιδευμένῳ, τὰ τε τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ τῶν προφητῶν μηνύματα· ὑπόνοια δὲ οὐκ ἀληθῆς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἔκράτει, ὡς ἐκ πόλεως, ἦτοι κώμης ἔσται τῆς Ναζαρέτ, καίτοι Βηθλεεμίτην αὐτὸν, ὅσον εἰς τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, τῆς θείας λεγούσης Γραφῆς· « Καὶ σὺ γὰρ, φησὶν, γῆ Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθα, μὴ

<sup>62</sup> Prov. ix, 9. <sup>63</sup> Matth. xiii, 44, 45 seqq.

δλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάδιον Ἰούδα, ἐκ σοῦ μοι Α  
ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ  
ἐξοδοὶ αὐτοῦ, ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. » Ἀν-  
εγράφη μὲν γὰρ εἰς Ναζαρέτ, ὡς που καὶ αὐτὸς ὁ  
εὐαγγελιστὴς διεμαρτύρατο λέγων. « Καὶ ἦλθον εἰς  
Ναζαρέτ, » οὗ ἦν ἀνατεθραμμένος· ἦν δὲ οὐκ ἐκεῖ-  
θεν, ἀλλ' ὅθεν ἤδη προεῖπομεν, μᾶλλον δὲ ὡς ἡ τοῦ  
προφήτου διςχυρίσατο φωνή. Ἀκολουθήσας τοίνυν  
ὁ Φίλιππος τῇ τῶν Ἰουδαίων ὑπονοίᾳ φησὶν·

*Ἐκ Ναζαρέτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι;*

Συνομολογεῖ προχειρῶς ὁ Ναθαναὴλ, ὅτι μέγα δη  
τι καὶ κάλλιστον εἴη τὸ ἐκ τῆς Ναζαρέτ ἀναδειχθί-  
σεσθαι προσδοκώμενον. Δῆλον δὲ δῆπου πάντως ἐστίν,  
ὡς οὐ μόνον ἐδέχεται πρὸς πίστιν τοῦ ζητουμένου τὴν  
Ναζαρέτ, ἀλλ' ἐκ νόμου, καὶ προφητῶν τὴν γνῶσιν Β  
ἐρανιζόμενος, ταχεῖαν ὡς πολυμαθὴς ἐποιεῖτο τῆν  
σύνεσιν.

*Λέγει αὐτῷ Φίλιππος· Ἐρχου καὶ ἴδε.*

Ἀρκέσει πρὸς πίστιν ἡ θεά, φησὶν, καὶ μόνον εἰς  
λόγους ἐλλῶν συνομολογήσεις γοργώτερον, καὶ ἀνευ-  
δοιάτως ἐρεῖς αὐτὸν ὄντως ὑπάρχειν τὸν προσδοκώ-  
μενον. Χρὴ δὲ πιστεύειν ἡμᾶς, ὅτι περ ἦν θεία τις  
καὶ ἀρήτος χάρις, τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις συν-  
εκτρέχουσα, καὶ τὰς τῶν ἀκρωμένων ψυχὰς κατα-  
θέλουσα. Οὕτω γὰρ γέγραπται, ὅτι « Πάντες ἐθαύ-  
μαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομέ-  
νοις ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ. » ὡς γὰρ ἐνεργῆς ὁ  
λόγος εἰς δύναμιν, οὕτω καὶ εἰς τὸ πείθειν ἦν ἰξα-  
νός.

*Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς C  
αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· Ἴδε ἀληθὴς Ἰσραη-  
λίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν.*

Οὕτω τὴν διὰ σημείων ἐπιτηδεύσας ἐπίδειξιν,  
ἐτέρῳ τρόπῳ Χριστὸς τοὺς τε οἰκείους ἀναπειθεῖν  
ἐπειρᾶτο μαθητὰς, καὶ τοὺς ὅσοι περ ἦσαν τῶν αὐτῷ  
προσιόντων νουνεχέστεροι, ὡς εἴη μὲν αὐτὸς ὁ κατὰ  
φύσιν Υἱὸς καὶ Θεός, ἦχοι δὲ τῆς ἀπάντων ἕνεκα  
σωτηρίας ἐν ἀνθρωπιεὶ μορφῇ. Τίς οὖν ὁ τρόπος  
ὁ πρὸς πίστιν ἑπαγωγός; Ἡ θεοπρεπὴς δηλονότι  
γνώσις. Τὸ γὰρ εἰδέναι τὰ πάντα, μόνῳ πρέπει Θεῷ·  
ἀποδέχεται τοιγαροῦν τὸν Ναθαναὴλ, οὐ κολακείαις  
ἀρπάξων εἰς διάθεσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτῷ συνήδει πι-  
στούμενος, ὅτι γινώσκει καρδίας, ὡς Θεός.

*Λέγει αὐτῷ Ναθαναὴλ· Πόθεν με γινώσκεις;*

Ἄρχεται θαυμάζειν ὁ Ναθαναὴλ, καὶ καλεῖται D  
πρὸς πίστιν ἡδὴ βεβαίαν· ἐτι δὲ μανθάνειν ἀξιῶν,  
πόθεν ἂν ἔχοι τῶν κατ' αὐτὸν τὴν γνῶσιν· ἀκριβεῖς  
γὰρ λίαν αἱ φιλομαθεῖς καὶ φιλόθεοι ψυχαί. Ὑπο-  
νοεῖ δὲ ἰσως ὑπὸ Φιλίππου τὰ κατ' αὐτὸν δεδειχθαι  
τῷ Κυρίῳ.

*Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Πρὸ τοῦ σε  
Φίλιππον φωνῆσαι, ὅντα ὑπὸ τῆν συκῆν εἶδόν σε.*

Ἐλυθεν αὐτῷ τὴν ὑπόνοιαν ὁ Σωτῆρ, καὶ πρὸ τῆς  
τοῦ Φιλίππου συντεύξεως τε καὶ ὀμίλιας ἑωρακέναι  
λέγων αὐτὸν ὑπὸ συκῆν, καίτοι μὴ παρῶν τῷ σώ-  
ματι. Χρησίμως τε σφόδρα καὶ ἡ συκῆ, καὶ ὁ τόπος  
ὀνομάζεται, τὴν τοῦ θεωρηθῆσθαι πίστιν αὐτὸν ἐγ-

nima es ut sis in millibus Juda : ex te enim egre-  
dietur dux qui regat populum meum Israel, et  
egressus ejus ex diebus sæculi <sup>64</sup>. » Educatus enim  
est in Nazareth, ut alicubi testatus est evangelista,  
his verbis : « Et venerunt in Nazareth <sup>65</sup> », ubi  
erat nutritus; sed inde oriundus non erat, verum  
ex eo loco quem jam diximus, imo qui voce pro-  
phetæ confirmatus est. Philippus ergo Judæorum  
opinionem secutus ait :

*I, 46. A Nazareth potest aliquid boni esse?*

Confestim assentitur Nathanael magnum quid-  
piam et eximium esse id quod ex Nazareth prodi-  
turum expectabatur. Certum est autem quod ad  
probandum id quod quærebatur non Nazareth so-  
lum attulit, verum etiam ex lege et prophetis, ut  
qui multæ lectionis erat, cognitionem hauriens, cito  
ejus intelligentiam assecutus est.

*I, 46. Dicit ei Philippus: Veni et vide.*

Sufficiet ad credendum, inquit, vel spectasse, et,  
si cum eo sermonem duntaxat contuleris, magis  
consenties, ac mecum indubitate fateberis ipsum  
esse revera qui expectatur. Porro credendum est,  
divinam quamdam et ineffabilem gratiam in Salva-  
toris sermone ac verbis fuisse qua delinirentur **133**  
etiam auditorum animi. Sic enim scriptum est,  
quia : « Omnes mirabantur in verbis gratiæ, quæ  
procedebant de ore ipsius <sup>66</sup>. » Ut enim ejus oratio  
efficax erat ad agendum, sic etiam ad persuaden-  
dum erat idonea.

*I, 47. Vident Jesus Nathanael venientem ad se, et  
dicit de eo : Ecce vere Israelita, in quo dolus non  
est.*

Cum nondum signis et miraculis se Christus  
manifestasset, alio modo persuadere nitebatur suos  
discipulos, et quotquot ex eis erant acutiores, se  
nimirum esse Filium secundum naturam, ac Deum,  
et pro omnium salute in humana forma venisse.  
Quænam igitur est illa ratio quæ ad fidem adducit?  
Cognitio Deo conveniens. Omnia enim nosse uni  
Deo convenit. Excipit ergo Nathanaelem, non assen-  
tatiunculis eum sibi concilians, sed expositis iis  
quorum conscius erat, hominum corda qua Deus  
est se nosse confirmans.

*I, 48. Dicit ei Nathanael : Unde me nosti?*

Nathanael mirari incipit, et ad firmitatem fidei  
jam vocatur, sed etiamnum percunctatur undenam  
ipsum Christus nosset. Accuratæ enim fere sunt  
studiosæ ac Dei amantes animæ. Forsan autem  
suspicatur se Philippi operâ Domino innotuisse.

*I, 48. Respondit Jesus, et dixit ei : Priusquam te  
Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.*

Solvit ejus suspicionem Servator, dum ait se  
eum sub ficu vidisse tametsi corpore aberat, prius-  
quam ad se venisset aut locutus esset Philippus.  
Et valde utiliter cum ficus, tum locus ipse desi-  
gnantur, quibus certior em fidem facit se eum

<sup>64</sup> Mich. v, 2. <sup>65</sup> Luc. II, 51. <sup>66</sup> Luc. IV, 22.

conspicatum esse. Cum enim id plane nosset, A γυώμενα· ὁ γὰρ ἀκριβῶς ἤδη μαθὼν, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ ἐτοίμως ἂν παρεδέξατο.

I, 49. Respondit ei Nathanael, et ait : Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.

Noverat probe Deum scrutatorem esse cordium, nec ulli alteri mentem hominis patere, illud, opinor, Psalmistæ animo revolvens : « Scrutans corda et renes Deus <sup>47</sup>. » Quod enim alii nulli quam naturæ divinæ istud insit, **134** tanquam ei proprium ac peculiare Psaltes attribuit. Cum itaque animadvertisset ea Domino patere quæ tacitus apud se versabat, magistrum eum illico nominat, ejusque disciplinæ alacri mente se tradit, Filiumque Dei et Regem Israel esse fatetur, eum utique secundum naturam esse quoque Deum confirmans, in quo Deitatis proprietates inexistunt.

I, 50. Respondit Jesus, et dixit ei : Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis : majora his videris.

Firmior eris ad fidem, inquit, cum his majora videris. Qui enim uni signo credidit, quomodo non erit longe firmitior, cum potiora miracula appa-ruerint ?

I, 51. Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis.

Jam ad omnes orationem convertit qua Nathanaelis fidem confirmat. Cum autem angelos visum iri ait, ascendentes ac descendentes super Filium hominis, hoc est ministrantes, et mandatis ejus, ad salutem eorum qui credituri sunt, obsequentes, tunc maxime se natura Dei Filium esse demonstratum iri significat. Non enim sibi mutuo spirituales illæ virtutes, sed Deo certe serviunt. Quod cum dicimus earum subjectionem non tollimus : nec enim servitutem quisquam recte sane dixerit : de Christo vero sancti evangelistæ scribunt, angelos ad Servatorem Christum accessisse, et ei ministrasse <sup>48</sup>.

II, 1-4. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ : et erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus et discipuli ejus ad nuptias . et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum : Vinum non habent. Et dicit ei Jesus.

Opportune ad patranda miracula Christus aggreditur, licet fortuito ad ea vocatus videatur. Nam cum nuptiæ celebrarentur, caste nimirum et honeste, adest quidem mater Servatoris, sed et ipse **135** una cum discipulis suis invitatus venit, non tam epulaturus quam ut miraculum faceret, ac præterea generationis humanæ principium sanctificaret, quod ad carnem nimirum attinet. Conve-

Ἀπεκρίθη Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ῥαββί, σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

Οἶδε μόνον ὄντα καρδιῶν ἐρευνητὴν τὸν Θεόν, οὐδενὶ δὲ ἐτέρῳ τὸν ἀνθρώπου διδωσιν ἐξεπιστάσαι νοῦν, τὸ ἐν Ψαλμοῖς ἐκεῖνο, κατὰ τὸ εἰκός, ἐνθυμούμενος· « Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρούς ὁ Θεός. » Ὡς γὰρ οὐδενὶ τῶν ἄλλων προσὸν, μόνη τῇ θεῖᾳ φύσει, καὶ τοῦτο ἐξαιρετὸν ὁ Μελιῶδός ἀνατέθεικεν. Οὐκοῦν ἐν ἀφθόγγοις ἐστὶ ψιθυρισμοῖς τὴν ὑπόνοιαν αὐτῷ στρεφόμενην κατὰ τὸν νοῦν ἐπέπειρε ἔγνω θεωροῦντα τὸν Κύριον, διδάσκαλον μὲν εὐθύς ἀποκαλεῖ, προθύμως ἤδη τὴν ὑπ' αὐτῷ μαθητεῖαν B εἰσβαίνων, Θεοῦ δὲ Υἱὸν ὁμολογεῖ καὶ βασιλεία τοῦ Ἰσραήλ, ὥπερ ἂν ἐνυπάρχου τὰ τῆς Θεότητος Ἰσθια, τοῦτον εἶναι πάντως καὶ κατὰ φύσιν Θεὸν εὐπαιδευτῶς διαθεθαίουμενος.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι εἶπόν σοι, ὅτι εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις· μείζω τούτων ὄψει.

Ἀσφαλέστερος ἔση πρὸς πίστιν, φησὶν, ὅταν ἴδῃς τὰ τούτων μείζονα· ὁ γὰρ ἐνὶ σημείῳ πεπιστευκῶς, πῶς οὐκ ἔσται πάντως διὰ πολλῶν ἐν ἀμείνοισιν, ὅταν δὴ μάλιστα φαίνονται τῶν ἤδη θεαυμασμένων ἀξιολογώτερα

Ἄμην, ἀμην λέγω ὑμῖν, ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεφρότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀ- C θρώπου.

Κινὸς ἤδη πρὸς πάντας ὁ λόγος ἐπισφραγίζω τοῦ Ναθαναήλ τὴν πίστιν. Ἀγγέλους δὲ ὀφθῆσθαι λέγων ἄνω τε καὶ κάτω τρέχοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦτ' ἔστιν, ὑπηρετούντας καὶ διακονομένους τοῖς αὐτοῦ διατάγμασιν, εἰς τὴν τῶν μελλόντων πιστεύειν σωτηρίαν, τότε δὴ μάλιστα Θεοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Υἱὸς ἀναδειχθῆσθαι φησὶν. Οὐ γὰρ ἀλλήλαις αἱ λογικαὶ δυνάμεις, Θεῷ δὲ πάντως δουλεύουσιν. Οὐκ ἀναρεῖ δὲ ὁ λόγος τὴν ἐν ἀγγέλους ὑποταγήν· οὐδὲ γὰρ ἂν εὐλόγως τοῦτο καλοῖτο δουλεία· ἀκηκόαμεν δὲ διὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν, ὅτι περ ἀγγελοὶ προσήλθον τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.

Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ. Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον, καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν, Οἶνον οὐκ ἔγουσι. Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς.

Εὐαφόρως ἔρχεται λοιπὸν ἐπὶ τὴν τῶν σημείων ἀρχὴν, εἰ καὶ ἀβουλήτως ἐδόκει καλεῖσθαι πρὸς αὐτὴν· πανηγύρεως γὰρ τῆς ἐπὶ γάμῳ τελουμένης, δῆλον δὲ δήπου πάντως ὅτι σεμνῶς, πάρεστι μὲν τοῦ Σωτῆρος ἡ μήτηρ, κεκλημένος δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς οικείοις συναφικνεῖται μαθηταῖς θαυματουργήσων μᾶλλον, ἢ περ ἐστιασόμενος, ἐστὶ τε πρὸς τοῦτῃ καὶ αὐτὴν ἀγιάσων τῆς ἀνθρώπου γενέσεως τὴν ἀρχὴν·

<sup>47</sup> Psal. vii, 10. <sup>48</sup> Matth. iv, 11.



sis divina decreta populo ministrantis ad levandum hominum qui tunc temporis erant infirmitatem instituta est. Hic typum rursus ad veritatem transferes, et mediatorem Dei et **266** hominum Christum per hæc intelliges, ministrantem docilibus humana voce, quando propter nos ex muliere natus est, Dei ac Patris voluntatem ineffabilem, ipsi certe uni cognitam, in quantum et Filius ex ipso, et sapientia intelligitur, cuncta cognoscens, etiam profunda Dei<sup>21</sup>. Cum enim corporeis oculis divinam et ineffabilem deitatis omnia superantis gloriam puram ac nudam cernere non possemus : « Non enim videbit homo faciem meam, inquit, et vivet<sup>22</sup>; » idcirco necessario unigenitum Dei Verbum nostris infirmitatibus conformatum est, mortali hoc corpore secundum ineffabilem dispensationis rationem indutum, et supernam nobis, hoc est Dei ac Patris, voluntatem manifestavit, dicens : « Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota facio vobis<sup>23</sup>. » Item : « Ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, et quid loquar<sup>24</sup>. » Igitur quod ad mediationis quidem spectat imaginem, typus Christi censendus est Moyses, qui divina decreta filiis Israel utique ministrabat, sed Moyses quidem mediatio ministratoria erat, Christi vero mediatio libera et mystica, utpote qui naturaliter ea quorum mediator est attingit, et ad ambo pertinet, humanitatem nimirum, cujus mediator est, et Patrem Deum. Est enim natura Deus ut ex Deo Unigenitus, a substantia Genitoris non separatus, et ipsi inexistens, in quantum ex ipsa etiam intelligitur. Est vero etiam homo, quatenus caro factus est, seipsum nobis similem faciens, ut per ipsum id quod natura longe dissitum erat, Deo conjungeretur. Cum ergo dicit Moyses : « Suscitabit Dominus vobis prophetam sicuti me<sup>25</sup>, » aliter non intelliges quam quo modo antea diximus : nam et ipse Deus id confirmat, dicens : « Recte omnia quæ locuti sunt : prophetam suscitabo eis, sicut te, et dabo verba mea in ore eius; et loquetur eis quæcunque mandavero ei<sup>26</sup>. » Portat enim omnia verbo virtutis suæ Filius, quemadmodum Paulus ait<sup>27</sup>, et Patris voces nobis annuntiat, maxime cum ab ipso mediator sit constitutus, juxta illud Psalmistæ tanquam ex persona Christi : « Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus prædicans præceptum Domini<sup>28</sup>. » Quod si cui libeat aliis quoque contemplationibus similitudinis illius modum inquirere, bis **267** quidem verbis, « sicut me, » legislatorem intelliget, et ad id demonstrandum illud proferet : « Dictum est antiquis : Non mœchaberis : ego autem dico vobis : Non concupisces<sup>29</sup>. » Similiter, his verbis, « sicut me, » ducem veluti quemdam esse intelliget ad ea percipienda quæ in voluntate sunt Patris, et per quæ regni cœlestis iter pa-

<sup>21</sup> I Cor. II, 10. <sup>22</sup> Exod. xxxiii, 20. <sup>23</sup> Joan. xv, 15. <sup>24</sup> Joan. xii, 49. <sup>25</sup> Deut. xviii, 15.  
<sup>26</sup> Deut. xviii, 18. <sup>27</sup> Hebr. I, 3. <sup>28</sup> Psal. II, 6. <sup>29</sup> Matth. v, 27-28

teat, quemadmodum nimirum beatus ille Moyses legalis institutionis magister etiam veteribus exstitit; ubique suis addens oraculis: « Ut multo tempore vivas, et inducat te Dominus Deus tuus in terram quam juravit patribus tuis<sup>46</sup>. » Quoniam vero subjunxit: « Et homo qui non audierit quæcunque locutus fuerit propheta ille in nomine meo, ego vindictam sumam de eo, » ignari Judæi, et extrema duritie obfirmati ultro se suis capitibus exitium arcessere tandem intelligant. Iræ quippe divinæ subjacebunt, suæ in Christum petulantiae stipendium, omnium nempe omnino honorum jacturam reportantes: « Si enim credidissent Moysi, credidissent et Christo; de ipso enim ille scripsit. »

V, 47. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis creditis?

Magnum in his verbis obscuritatem esse non immerito quis existimet. Poterit enim, neque id abs re, falso suspicari, Mosaica scripta Salvatoris verbis antecellere. Id enim quodammodo præ se ferre videtur oratio, et nisi rem accuratius introspeciamus, Moysis scriptis plus auctoritatis tribuit, quam verbis Salvatoris. Nam cum dicat: « Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis creditis? » illius scripta suis sermonibus præstare, quodammodo cogitandum relinquit. Sed ipsa rei natura extremæ insanie plenam esse hanc explanationem ostendet. Quomodo enim scripta Mosaica verbis Salvatoris præstare censebuntur, cum illa figuræ tantum essent et umbræ, Christi autem verba sint veritas? Et certe difficile forsitan haud esset longum ea de re sermonem texere, sed quæ valde manifesta sunt, nec aliunde, sed a seipsis produntur, male an secus se habeant, superflue dici puto. Cur enim istiusmodi subtilitatibus explicandis quispiam immoretur, et, **268** intempestiva prolixitate, quæ nihil difficultatis in se habent in minutas quodammodo partes secet? Eorum igitur quæ a Salvatore dicuntur sensus est huiusmodi. Si legem, inquit, Moysis scriptam cum habeatis, et in ejus scriptis assidue versemini, pro nihilo tamen ducitis ea prætergredi, ingenti oblivione mergentes quod sæpe legistis: quomodo erga vobis sermones æquiores fueritis, aut quomodo promptiores et alacriores ad ea suscipienda quæ dico vos præbueritis, qui non sæpe nec semper assidetis, sed velut in transcurso ea auditis, et vix semel in aures corporis admisistis? Aut enim hoc modo ea intelliges, aut certe (utilis enim ac bona est in his curiositas) scripta Mosaica dicentes institutionem quamdam, et typicam formam Christi mysteriorum continere, et quæ in ipsis adumbrantur elementa veluti quædam esse cognitionis ejus, de quibus antea prolixius diximus. Fi-

οὐρανοῦς βασιλείας ἡ ὁδὸς Ἰησοῦς ἡ ἀποστολὴ ὡς περὶ οὖν ἀμέλει καὶ τοῖς ἀρχαιοτέροις ὁ μακάριος Μωσῆς τῆς διὰ νόμου παιδαγωγίας διδάσκαλος ἀνεφαίνετο, πανταχῇ τοῖς ἰσίοις ἐπιτιθεὶς λογίοις τῶν, « Ἴνα πολὺν ζήσης χρόνον, καὶ εἰσάξῃ σε Κύριος ὁ Θεός σου εἰς τὴν γῆν, ἣν ὠμοσε τοῖς πατράσι σου. » Ἐπειδὴ δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπήνεγκε: « Καὶ ἄνθρωπος, ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ, ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ, » ἀμαθαινόντες Ἰουδαῖοι, καὶ πρὸς ἐσχάτην δυσηχοῖαν τὸν οἰκεῖον ἀποτραχύνοντες νοῦν, αὐτόκλητον ἤδη βλεπέτωσαν ταῖς ἑαυτῶν κεφαλαῖς ἐπαντελοῦντες τὸν βλεθρον. Ἔσονται γὰρ ὑπὸ θείαν ὄργην, ὀφύοντα τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας τὸ ἐν ὀλοκλήρῳ τῶν ἀγαθῶν ζῆμα γενέσθαι λαμβάνοντες: « Εἰ γὰρ ἐπίστευον Μωσῆ, ἐπίστευον ἂν τῷ Χριστῷ· περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. »

Εἰ δὲ τοῖς ἐκεῖνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύετε;

Πολλὴν ἂν τῶν καὶ λίαν εἰκότως ὁ λόγος ἔχειν [δόξει] τὴν ἀσάφειαν. Οἰχῆσεται γὰρ καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, πρὸς ὑπονοίας οὐκ ἀληθεῖς, ὑπερκεῖσθαι τὰς Μωσέως συγγραφὰς τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων ὑπολαδῶν. Ἐχει γὰρ τίνα τοιοῦτον ὁ λόγος τὸν σχηματισμὸν, καὶ ὅσον ἔστιν οὐκ ἐξ ἀκριβοῦς θεωρίας ἐλόντας εἰπεῖν, ἀξιολογώτεραν τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων τοῖς Μωσαϊκοῖς συγγράμμασιν ἐκπορίζει τὴν ὑπόληψιν. Διὰ γὰρ τοῦ λέγειν: « Εἰ δὲ τοῖς ἐκεῖνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύετε; » τὸ ἐν ἀμείνοισι κεῖσθαι τὰς ἐκεῖνου συγγραφὰς ἢ ἐν οἷς ἂν εἴεν οἱ παρ' αὐτοῦ λόγοι, δίδωσι πως ἔννοεσθαι. Ἄλλ' αὐτῆ τοῦ πράγματος ἡ φύσις τῆς ἐσχάτης εὐηθείας ἀνάπλεον τὴν οὕτως ἀπίθανον ἐπιδείξει διάνοιαν. Πῶς γὰρ ἂν νοῖτο τὰ Μωσέως γράμματα τῶν τοῦ Σωτῆρος διενεγκόντα ῥημάτων, ὅπου τύποι μὲν ἦσαν τὰ δι' ἐκεῖνου καὶ σκιαί, ἀλήθεια δὲ τὰ διὰ Χριστοῦ; Καὶ μακρὸν μὲν ἦν Ἰσως οὐ χαλεπὸν ἐπὶ τοῦτω δαπανῆσαι λόγον· τὰ δὲ λίαν ἐναργῆ, καὶ οὐ θύραθεν, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῶν, οὐκ ἐξωθεν τοὺς ἐλέγχους λαμβάνοντα, περιττὸν οἶμαι λέγειν, ὡς οὐκ ἂν ἔχοι κακῶς, ἢ καλῶς. Τί γὰρ ἂν τις τοῖς τοιοῦτοις ἐπιδιατρέψαι λεπτομυθῶν, καὶ τὰ μηδαμῶθεν δυσχερῆ κατακερματίζων εἰς οὐκ εὐκαίρους πολυλογίας; Ἐχει τοίνυν τὸ διὰ τοῦ Σωτῆρος λεγόμενον τοιοῦτόν τινα νοῦν. Εἰ νόμον, φησὶ, τὸν διὰ Μωσέως ἔχοντες γεγραμμένον, ἄνω τε καὶ κάτω τὰ ἐκεῖνου μελετῶντες γράμματα παρ' οὐδὲν ποιήσθε τὴν ἐπ' αὐτοῖς παράθεσιν, ἐκτόπιω λήθη βαπτίζοντες τὸ πολλάκις ἀνεγνωσμένον, πῶς ἂν γένοισθε περὶ τοὺς ἐμοὺς εὐγνωμονέστεροι λόγοις, ἢ πῶς ἂν ἐτοιμότεροι καὶ εὐπειθέστεροι πρὸς τὰς ἐμὰς ἀναφανείσθε φωνάς, οὐ πολλάκις οὐδὲ ἀεὶ προσεδρεύοντες, ἀλλ' ὡς ἐκ παραδρομῆς ἀκροώμενοι, καὶ μόνον ἄπαξ ἔσθ' ὅτε ταῖς τοῦ σώματος ἀκοαῖς εἰσοικίζοντες; Ἡ γὰρ κατὰ τὸ σχῆμα τὸδε τοῖς εἰρημένοις προσβαλεῖς, ἢ ἐτέρως ἐπαθλήσεις; χρηστομαθῆς γὰρ λίαν ἢ ἐν τοῖτοις περιεργία καὶ ζήτησις· οὐκοῦν τὰ μὲν Μωσέως γράμματα

<sup>46</sup> Deut. v, 16.

παιδαγωγίαν τινά, καὶ τὸν διὰ τύπου σχηματισμὸν τῶν ἐπὶ Χριστῷ μυστηρίων εισφέρει, καὶ οἰονεὶ στοιχεῖά τινα τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως, τὰ ἐν ἐκείνῳ σκιαγραφούμενα, ἃ καὶ διὰ τῶν ἤδη προεξητασμένων πλατύτερον ὑπεδείξαμεν. Τέλος δὲ παιδεύσεως νομικῆς ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. Οἱ τοίνυν, φησί, τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ μὴ παραδεξάμενοι, καὶ τὸν δι' ἐμφανεστέρου τοῦ γράμματος χειραγωγούντα νόμον ταῖς εὐθεταῖς ἐξωθούμενοι, πῶς ἂν ἐτι τῆς τελειοτέρας ἐφίκοιντο γνώσεως; Ἡ πῶς ἂν αὐταῖς εὐπαράδεκτον ἐτι μεῖζον, χωρηθέντος οὐδαμῶς τοῦ μικροῦ τε καὶ ὑποβεθηκότος;

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅτι πολλὰκις αἱ Χριστοῦ μεταβάσεις ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλήμ τὸ μετατεθῆσθαι τὴν χάριν ἐπὶ τὰ ἔθνη δηλοῦσιν. Ἐν αὐτῷ δὲ καὶ λόγος περὶ τῶν πέντε ἄρων τῶν κριθῶν καὶ τῶν δώδεκα ὄψαριων.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος.

Πρῶτον ἐκεῖνο χρῆναι τοῖς ἀκρωμένοις εἰπεῖν ὑπολαμβάνω ἀναγκαῖον, ὅτι τὰς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων μεταβάσεις ὁ Κύριος οὐ διχα τινὸς ἀναγκαιότητος αἰτίας ὁρᾶται ποιῶν. Οἰκονομεῖ δὲ τι σχεδὸν ἐφ' ἐκάστη, καὶ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει, καθάπερ ἐν πίνακι, καταγράφει μυστήρια. Ὅποῖος μὲν οὖν τῆς μεταστάσεως ὁ σκοπὸς, καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενον, ἐν οἰκείῳ κριτῷ καταφανῆ καταστήσομεν, ἐκβεθηκότων εἰς πέρας τῶν προκειμένων ἡμῖν κεφαλαίων. Ἐκαστα γὰρ διελόντες κατὰ βραχὺ, καὶ τὸ ἐκ τῶν Γραμμάτων διερμηνεύσαντες χρῆσιμον, οὕτω τε τοῖς ἐντευχομένοις παραθέντες εἰς νόησιν, τελευταίαν ἐποίησομεν τὴν ἐπὶ τῷ παντὶ θεωρεῖν τὰ πολυμερῶς εἰρημένα κεφαλαιωδέστερον ἐπιτέμνοντες. Ὁ δὲ νῦν ἐν χερσὶν ὑπάργει, τοῦτο καὶ πρῶτον εἰπεῖν οἰήσομαι δεῖν. « Μετὰ ταῦτα, φησὶν, ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος. » Μετὰ ποῖα ταῦτα, ζητητέον οὐ παρειμένως. Παράδοξος τοίνυν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις λατρὸς ἀνεδείχθη Χριστός. Τεθεράπευκεν ἄνθρωπον τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἐν τῇ ἀσθενείᾳ αὐτοῦ, οὐ φάρμακον ἐπιθεὶς, οὐ νοσημάτων ἀποκρουστικὸν ἐπινοήσας βοήθημα, λόγῳ δὲ μᾶλλον, ὡς Θεὸς, ἐξουσία παντουργῶ καὶ θεοπρεπεῖ τῷ νεύματι. « Ἐγερθεὶς, γὰρ, φησὶν, ἔβρον τὸ κλινίδιον σου, καὶ ὑπαγε εἰς τὸν οἶκον σου. » Ἐπειδὴ δὲ Σάββατον ἦν, χαλεπαίνουσιν ἀμαθῶς οἱ τὴν παχύτητα νοσοῦντες τοῦ γράμματος Ἰουδαῖοι, οἱ πλέον ἢ ἐκείνος ταῖς συντρόφοις αὐτῶν ἀλογίαις συνδεδεμένοι, οἱ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀγαθῶν ἀδρανῆ νοσοῦντες ἀργίαν, οἱ παράλυτοι τὸν νοῦν, καὶ τὴν ἔξιν ἐκλελυμένοι, πρὸς οὓς ἂν εἰκότως καὶ λέγοιτο· « Ἰαχῦσατε, χεῖρες ἀνεμείναι, καὶ ὄνατα παραλελυμένα. » Χαλεπαίνουσι δὲ τὴν ὀφειλομένην τῷ Σαββάτῳ τιμὴν χρῆναι λέγοντες καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ νομοθέτου φυλάττεσθαι· καταδικάζουσιν ὡς παραβαίνοντος τοῦ Χριστοῦ, ὡς γεγραμμένον οὐ δεχόμενοι· « Ἀσεβὴς ὁ λέγων βασιλεῖ· Παρανομεῖς. » Ἐπὶ τούτοις ἑλεγχοὶ μὲν ἦσαν παρὰ τοῦ Σωτῆρος δριμύεις· λόγος δὲ διεσκευάζετο πολὺς τε καὶ μακρὸς,

nis autem institutionis legalis Christus, ut scriptum est <sup>11-12</sup>, plenitudo legis et prophetarum Christus. Qui ergo, inquit, elementa inittii sermonum Dei non suscipiunt, et legem per litteram quasi manu ducentem stulte repellunt, quo pacto demum perfectiorem cognitionem assequuntur? aut quomodo id quod majus est capient, qui quod parvum ac inferius est non capiunt?

CAP. IV.

Quod plerumque Christi migrationes ex Jerusalem significant translatum iri gratiam in gentes. Ubi sermo quoque est de quinque panibus hordeaceis, et duodecim pisciculis.

VI, 1. Et post hæc abiit Jesus trans mare Tiberiadis.

Primum auditoribus illud dicendum puto, Dominum Hierosolymis non sine gravi et necessaria causa migrare. Quoties autem id facit, aliquid eximium fere molitur, et in rerum natura tanquam in tabula mysteria depingit. Quonam igitur spectet migratio, et quid illa significet, suo <sup>269</sup> tempore docebimus, cum ad calcem capitum pervenerimus. Singulis enim divisus, et Scripturarum utilitate exposita, atque hoc pacto auditoribus ad intelligendum proposita, extremam totius rei contemplationem asseremus, quæ varie tractata fuerint summam dividentes. Quod autem in manibus jam nobis est, primum omnium declarandum existimo. « Post hæc, inquit, abiit Jesus trans mare Tiberiadis. » Quænam sint ea de quibus ait, post hæc, diligenter investigandum est. Christus Hierosolymis mirabilem medicum se præbuit. Sanavit hominem, qui octo et triginta totos annos ægrotabat, non adhibito pharmaco, nulla medicæ artis ope, sed solo verbo, utpote Deus, omnipotentis virtute, et nutu Deo convenienti : « Surgens enim, inquit, tolle grabatum tuum, et revertere in domum tuam <sup>24</sup>. » Sed quoniam Sabbatum erat, Judæi stulte indignantur, cum crassitie litteralis morbo teneantur, et inconsiderantia sua, vehementius quam ægrotus ille morbo stringantur, adeoque bonorum omnium penuria laborent. Illi mente paralytici, et moribus dissoluti, in quos illud jure quadraverit : « Confortamini, manus remissæ, et genua dissoluta <sup>25</sup>. » Indignantur vero, Sabbati honorem ab ipso quoque legislatore servandum esse dicentes : Christum condemnant, quasi prævaricatorem, cum non capiant quod scriptum est : « Impius est qui dicit regi : Injuste agis <sup>26</sup>. » Hos acriter Salvator redarguit : multisque probavit cum cessationem in Sabbato typice a lege constitutam, tum Filium hominis dominum esse Sabbati <sup>27</sup> : at quibus nulla erat cura boni, sed ad omnem propensi malitiam, in doctorem insurgunt,

<sup>11-12</sup> Rom. x, 4. <sup>24</sup> Joan. v, 8. <sup>25</sup> Isa. xxxv, 5.

<sup>26</sup> Job xxxiv, 18. <sup>27</sup> Luc. vi, 5.

et cædem ejus machinantur qui sapientiam iis infundere volebat, mala ei pro bonis, ut scriptum est<sup>99</sup>, retribuentes. Postquam igitur hæc ab eo facta sunt ac dicta, discedit Hierosolymis velut ex necessitate quadam Dominus, cumque prope esset Pascha Judæorum, ut in sequentibus paulo post reperiemus, ipsum mare Tiberiadis trajecit, sive paludem ita dictam in regione Judæorum. Quoniam vero mox diximus quidnam eum potissimum impulit, et recedere coegit in alia loca, **270** eaque tanto spatio Hierosolymis distantia, illud esse nimirum, quod prope esset Pascha Judæorum, ostendendum arbitror Jesum recte utique eo tempore Hierosolymis reperiri noluisse. Igitur lex Mosaica Judæos ex omni circumquaque regione Hierosolymam proficisci jubebat, ut ibi typicum Scenopægiæ festum peragerent. Et quidem hinc spiritualis homo sanctorum omnium congregationem in Christum intelliget, cum ex universo terrarum orbe post mortuorum resurrectionem in supernam civitatem convenient, illam cœlestem Jerusalem, ibi gratias acturi veræ Scenopægiæ, hoc est perennitatis corporum, soluta corruptione videlicet et morte in mortem lapsa. Quod si rei veritatem historicam spectemus, certum est innumeram multitudinem ascendere solitam Jerusalem, et probabile est Phariseos eo maxime tempore apud populum valuisse, simulantes se legem defendere, et coram tanta multitudine adversus eum declamantes qui legem prætergrediebatur, aut qui eam prætergredi videbatur. Difficile enim utique non est plebeculæ multitudinem innumeram concitare, cum quis ipsam injuria affectam prædicat, et incitare nititur adversus eos etiam qui nullam injuriam intulerunt. Instar enim aquæ aut ignis temerario impetu fertur huc et illuc, et nihil non invadit quod injuriæ cesserit. Hæc igitur cum Dominus non ignoraret, cum suis discipulis Hierosolymis se subducit, et abit trans mare Tiberiadis. Quod autem Judæos, a quibus ad cædem deposcebatur, recte devitet, ex his rursus agnoscemus. Ipse enim beatus evangelista id declarat his verbis: « Post hæc autem ambulabat Jesus in Galilæa: non enim volebat in Judæa ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere<sup>99</sup>. » Sed inquiet forsitan aliquis: Fateor ipsum in Judæa nolle versari, ne mortem immaturam subeat: sed utrum festum quoque fugiat, nondum intelligo. Igitur qui fratres putabantur, ad Christum accedunt in Galilæa, dicentes: « Transi hinc, et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera tua quæ facis<sup>1</sup>. » Ad quos Dominus: **271** « Vos ascendite ad diem festum hunc: ego non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est<sup>2</sup>. » Clarum igitur et manifestum est Salvatorem discessisse Hierosolymis, non quod sponte illinc profectus sit, sed quod incredulorum nefan-

A ὅτι τυπικῶς τοῖς ἀρχαιοτέροις ἡ κατὰ τὸ Σάββατον ἀργία νενομोधέτητο, καὶ ὅτι κύριός ἐστι τοῦ Σαββάτου ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ἀλλ' οἱ πρὸς μηδὲν μὲν τῶν ἀγαθῶν ἐπιτήδειοι, πρὸς δὲ πάσας ἐτοιμώτατοι δυστροπίας καταστασιάζουσι τοῦ διδάσκοντος ἀπερῆδει μαθεῖν, καὶ φονῶσιν ἤδη κατὰ τοῦ σοφοῦ ἐθέλοντος, πονηρὰ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόντες αὐτῷ. Μετὰ τοίνυν ταῦτα τὰ πεπραγμένα τε καὶ εἰρημένα ἀπανίσταται τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἐξ ἀνάγκης ὁ Κύριος, καὶ ἐπεὶ περ ἦν ἐγγὺς τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, ὡς ὀλίγον ἐν τοῖς ἐφεστῆς εὐρήσομεν, καὶ αὐτὴν διέπλευσε τὴν Τιβεριάδος θάλασσαν, ἥτοι λίμνην, οὕτω καλουμένην ἐν τῇ χώρᾳ [αἰ. ἐκ τῆς χώρας] τῶν Ἰουδαίων. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τί μάλιστα κατασοῆσαν αὐτὸν, καὶ μεταχωρεῖν ἀναπεπεικός, εἰς ἑτέρους τε οἰχεσθαι τόπους, καὶ τοσοῦτον τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπεσοχονισμένους, ἐκεῖνο δὴ μάλιστα ὑπάρχειν ἀρτίως εἰρήκαμεν, τὸ ἐγγὺς εἶναι τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, δεικνύοναι πρέπειν ὑπολαμβάνω, καλῶς δὴ λίαν τὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις εὐρήσκεισθαι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παραιτησάμενον τὸν Ἰησοῦν. Οὐκοῦν νόμος ὁ διὰ Μωσῆως ἀπὸ πάσης τῆς περιοικίδος ἀνατρέχειν εἰς Ἱεροσόλυμα τοὺς Ἰουδαίους ἐκέλευεν, ἐκεῖ τὴν ἐν τύπῳ τῆς σκηνοπηγίας ἐπιτελέουσας ἑορτῆν. Καὶ νοήσει μὲν ἐνεσθῆεν ὁ πνευματικὸς τὴν ἀπάντων τῶν ἁγίων ἐπισυναγωγὴν εἰς Χριστὸν, ὅτε δὴ καὶ ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης μετὰ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναβίωσιν εἰς τὴν ἀνω συνενεχθήσονται πόλιν τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, ἀναθήσονται ἐκεῖσε τὰ χαριστήρια τῆς σκηνοπηγίας τῆς ἀληθοῦς, τουτέστι τῆς τῶν σωμάτων συμψήξεως τε καὶ διαμονῆς, λελυμένης θηλονότι τῆς φθορᾶς, καὶ τοῦ θανάτου πεσόντος εἰς θάνατον. Τὸ δὲ ὅσον εἰπεῖν εἰς τὸ ἐκ τῆς ἱστορίας γίνεσθαι πεφυκός, ἀριθμὸν οὐκ ἤδει τῶν ἀναβαινόντων εἰς Ἱερουσαλὴμ ἢ κληθῆς, καὶ ἦν δὴ μάλιστα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πολλὰ δύνασθαι τοὺς Φαρισαίους εἰκός, συναγορεύειν τῷ νόμῳ προσποιουμένους, καὶ ὡς ἐν πλήθει τοσοῦτω καταβοῶντας τοῦ παραβαίνοντος, ἢ καὶ παραβαίνειν οἰηθέντος αὐτοῖς. Οὐδὲν γὰρ ὄλως τὸ χαλεπὸν, τὸν ἀμέτρητον τῶν ἀγγελίων ἀναβρίπτειν ἐσμὸν, ὅταν τις αὐτὸν ἡδικῆσθαι λέγῃ καὶ παροτρύνειν ἐπιχειρῆ καὶ κατὰ τῶν λυπούντων οὐδέν. Ὑδατος γὰρ δίκην, ἢ καὶ πυρὸς ἀδιακρίτοις καὶ ἀπροσβουλεύτοις ὁρμαῖς διαβρίπτειται πανταχῇ, καὶ πρὸς ἅπαντα χωρεῖ τὰ παθεῖν ἀνεχόμενα. Ταῦτα τοίνυν οὐκ ἀγνοήσας ὁ Κύριος ὑπεκκλέπτει μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἅμα τοῖς μαθηταῖς ἑαυτὸν, ἀφικνεῖται δὲ τῆς θαλάσσης πέραν τῆς Τιβεριάδος· ὅτι δὲ φωνῶντας παραιτεῖται τοὺς Ἰουδαίους, καλῶς δὴ μάλα ποιῶν, εἰσόμεθα πάλιν καὶ διὰ τούτων. Λέγει γὰρ αὐτὸς ὁ μακάριος Εὐαγγελιστῆς· « Καὶ μετὰ ταῦτα περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. » Ὅτι μὲν οὖν παραιτεῖται τὸ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ἵνα μὴ πρόωρον ὑπομείνῃ τὸν θάνατον, συγκατανεύσας, φησὶν, ἔρει τις τυχὸν, ἀλλ' εἰ καὶ φεύ-

<sup>99</sup> Psal. xxxvii, 21. <sup>1</sup> Joan. vii, 1. <sup>2</sup> ibid. 3. <sup>3</sup> ibid. 8.



γει τὴν ἑορτήν, οὕτω μανθάνω. Οὐκοῦν οἱ μὲν νομι-  
σθέντες ἀδελφοὶ προσίαισι λέγοντες ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ  
τῷ Χριστῷ· « Ἀνάβηθι ἐντευθεν, καὶ ὕπαγε εἰς τὴν  
Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταὶ σου βλέπωσι τὰ ση-  
μεῖα ἃ ποιεῖς. » Πρὸς αὐτοὺς δὲ ὁ Κύριος· « Ὑμεῖς  
ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτήν· ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω εἰς τὴν  
ἑορτήν ταύτην, ὅτι ὁ ἔμμος καιρὸς οὕτω πεπλήρω-  
ται. » Πρόδηλον οὖν ἄρα καὶ σαφές, ὅτι τῶν Ἱεροσο-  
λύμων ἐκκεχώρηκεν ὁ Σωτὴρ, οὐκ αὐθαίρετον τὴν  
ὡς ἐξ ἐκεῖθεν ἀποδημίαν στειλάμενος, ἀλλὰ καὶ τὰς  
τῶν ἀπειθούτων βδελυρίας ἐκμυστατόμενος, καὶ  
τῶν διωκόντων τὴν ἀγριότητα τῆς εὐστοχίας περι-  
πλανῶν, καὶ τέχνη τοῦ φθόνου τὸ βέλος ἀποκρούμε-  
νος. Ὑπεκνεύει δὲ πάλιν, καίτοι παθεῖν ἰσχύων οὐ-  
δὲν, εἶγε καὶ παρῆν, ἵνα τύπον ἡμεῖς ἀναγράφῃ κα-  
λὸν, οὐ δειλίας ἄλλοι, ἀλλ' εὐλαθείας καὶ ἀγάπης  
τῆς εἰς τὸν πέλας. Εἰσόμεθα γάρ, ὡς ἐκ τύπου πρὸς  
ἐπίγνωσιν χρησίμου χειραγωγούμενοι πράγματος,  
ὅτι διωκόντων ἡμεῖς τῶν ἐχθρῶν, καὶ εἰ μὴδὲν ὀρῶτο  
παντελῶς ἐν τῷ παρεῖναι τὸ βλάβος, ἀλλ' ἐξιστάμενοι  
πῶς, καὶ διὰ τούτου σοφισζόμενοι τὰς τῶν ἐφθόων  
ἀκμάς, ὑπεκτρέχοντές τε τὸ παραστικὰ θερμὸν, ἐξ-  
ήθοις ἤδη περιτευξόμεθα ταῖς τῶν ἀδικούντων ὀργαῖς,  
καὶ τὸ θράσος τῆς καθ' ἑαυτῶν πλεονεξίας  
ὑποτεμνόμεθα, ὡφελούντες ἄλλοι τοὺς ὀκπερ ἂν  
γένοντο περὶ ἡμᾶς οὐκ ἀγαθοὶ, καὶ ἀδίκως, ἡπερ  
ὡφελούμενοι, ὅπερ ἐστὶν ἑναργῶς, μὴ τὰ ἑαυτῶν  
ζητοῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐτέρων. Ἔργον οὖν ἀγάπης,  
τὸ τοῖς ἐθελοκαχοῦσι μὴ ἀντεγείρεσθαι πάντως,  
μὴδὲ ἀποκεχρημένους τῷ δύνασθαι πάσχειν οὐδὲ  
κἂν παρ-  
όντες ἀλισκώμεθα, ὀριμότερον ὥσπερ ἐν ἐκείνοις  
ἀπεργάζεσθαι τὴν θυμὸν, πλεονεκτεῖν οὐκ ἔχοντα  
τοῦ  
μισουμένου τὴν δύναμιν. « Ἡ τοίνυν ἀγάπη, καθάπερ  
φησὶν ὁ Παῦλος, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, » ἡπερ ἦν ἐν  
Χριστῷ καθαρῶς.

Ὅξυ δὲ δὴ πάλιν ἐνερείσας γεγραμμένοις τῆς  
διανοίας τὸ ὄμμα, θαυμάσεις ἀρίστην εὐρίσκων  
οἰκονομίαν ἐν ταῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστάσει,  
ταῖς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων φημί. Ἐξελάνεται μὲν  
γὰρ ὑπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας πολλάκις, κατα-  
λύων ἐξ παρὰ τοῖς ἄλλογενεσί, καὶ ἀνασώζεσθαι πῶς  
δοκεῖ παρ' ἐκείνοις, καὶ τῆς θεούσης ἀπολαύειν τιμῆς  
τὴν ἀμείνω ψῆφον τῇ ἐξ ἔθνων Ἐκκλησίᾳ διὰ τούτου  
διδούς, καὶ τὸ μισόθειον τῶν ἐξ Ἰσραὴλ διὰ τῆς ἐτέ-  
ρων εὐλαθείας ἐξελέγεσθαι ποιῶν, καὶ τὸ ἐν ἐκείνοις  
ὤμων διὰ τῆς ἐν τούτοις ἡμεροσῆτος ἐπιδεικνύων,  
ἵνα δὴ διὰ πάντων φαίνοντο λοιπὸν κεχρεωστημένως  
ἡδῆ καὶ καλῶς τῆς εἰς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας  
ἐξωθούμενοι. Ἀποπηδήσας δὲ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ  
Κύριος, οὐκ εἰς μίαν τῶν περιοικίδων καταλύει  
πόλιν, καὶ ἐν ταῖς ὁμόροις αὐλίζεταί κύμαις, κέραν  
δὲ ἀπεισι τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος, μονονοχλῆ  
δι' ἐμφανεστάτου πράγματος ἀπειλῶν τοῖς ὅτι προσ-  
ήκοι διώκειν σὺτὸν δυσσεβῶς ἡρημένους, ὅτι τοσοῦτον  
αὐτῶν ἀποστήσεται, καὶ παντὸς τοῦ ἔθνους ἑαυτὸν  
ἀπονοσοφιεῖ, ὡς καὶ ἄδατον αὐτοῖς τρόπον τινὰ τῆς  
πρὸς αὐτὸν ἐπιστροφῆς κατασκευάσαι τὴν ὁδόν·  
βατὴ γὰρ οὐδαμῶς τοῖς ἀνθρώπων ποσὶν ἢ θάλασσα.  
Τοιοῦτον δὲ τι καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς πρὸς αὐτοὺς που  
λέγων εὐρεθήσεται· « Ζητήστέ με, καὶ οὐχ εὐρή-  
σετε, καὶ ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἔλθειν. »  
Λειοτάτη μὲν γὰρ, καὶ εὐπόρευτος, καὶ οὐδὲν ἔχουσα  
τὸ τραχὺ τοῖς διὰ πίστειος πρὸς αὐτὸν ἰούσιν ἢ διὰ

A da consilia detestaretur, et persecutorum feritatem  
prudentia sua defugeret ac invidiæ telum arte  
depelleret. Rursus autem se subducit, licet nihil  
pati posset etiam cum adesset, ut exemplum nobis  
præclarum stataeret, non timiditatis, sed pietatis  
et charitatis in proximum. Hinc enim exemplo qua-  
si quodam ad rei utilis cognitionem deducti disce-  
mus, quod, inimicis nos persequentibus, licet nihil  
damni presentia nostra nobis allatura videatur, si  
tamen declinemus, et hoc pacto primos impetus  
retundamus, eorumque furori nos subtrahamus,  
iram eorum tandem sedatam offendemus, et eorum  
injuriam rescabimus, adjuvantes magis eos qui  
nobis infesti sunt, quam adjuti : quod quidem est,  
ut apparet, nostra non quærere, sed quæ sunt alio-  
rum. Officium itaque charitatis est, non utique  
resistere iis qui malum in nos moliantur. neque  
ex eo quod nihil nobis mali, ne si adsimus quidem,  
inferri possit, eorum animum exacerbare, dum se  
viribus nostris inferiores indignantur. « Charitas  
igitur, ut Paulus ait, non quærît quæ sua sunt<sup>1</sup>, »  
quæ in Christo quidem erat manifeste.

C Verum si penitus ea quæ hic scripta sunt mentis  
oculis introspexeris, in isto ab Hierosolymis re-  
cessu præstantissimam dispensationem miraberis.  
Judæorum quippe vesania sæpe ejicitur : sed ad  
alienigenas divertendo, tutum sibi apud illos per-  
fugium esse putat, et se, ut decebat, honorifice  
tractari : quo facto gentium Ecclesiæ potio-  
rem calculum tribuit, et impietatem Judæorum aliorum  
pietate redarguit, et illorum crudelitatem horum hu-  
manitate demonstrat, ut merito videantur de pro-  
missione patribus facta dejecti. Porro cum Domi-  
nus recessit Hierosolymis, non in unam aliquam  
ex civitatibus vicinis divertit, aut in finitimis pa-  
gis moratur, sed abit trans mare Tiberiadis, ut  
reipsa quodammodo impiis persecutoribus suis<sup>272</sup>  
D interminari videatur, tam procul ab iis se abitu-  
rum et ab omni gente recessurum, ut inaccessum  
quodammodo conversionis ad ipsum iter præstitu-  
rus sit : invium quippe humanis pedibus est mare.  
Tale quiddam etiam in sequentibus dicere compe-  
rietur : « Quæretis me, et non invenietis ; et quo  
ego vado, vos non potestis venire<sup>3</sup>. » Planissima  
enim et facilis est, nec asperitatis quidquam habet  
via justitiæ venientibus ad ipsum per fidem : aspe-  
ra vero et ardua, ino vero inaccessa prorsus iis  
qui exacerbant ipsam, ut per unum sanctorum  
prophetarum scriptum est : « Ideo, inquit, rectæ  
viæ Domini, et justî ambulabunt in eis : qui au-

<sup>1</sup> I Cor. XIII, 5. <sup>2</sup> Joan. VIII, 21.

tem impii sunt, infirmabuntur in illis<sup>a</sup>. » Itaque interjectum illud maris spatium significat Judæis difficile quodammodo, imo vero invium esse iter ad ipsum, quandoquidem impiæ quoque animæ vias intercludere se proficitur Deus apud prophetam, dicens : « Ideo, inquit, ego septiam viam ejus in sudibus, et semitam suam non inveniet<sup>b</sup>. » Quod igitur ibi fossæ, id ipsum etiam hic mare significat, quod improbos ab eo cui contumelia sit separat, et a flagitiosis sanctum dispescit. Sed et videtur aliud quoddam nobis typus ille parere mysteriam. Nam cum ex Ægypto educeretur Israel, insequabatur nimium quantum exasperatus Pharaos, et inopinata gentis illius felicitate extimulatus, præ invidia et dolore extrema quæque parabat : insequabatur autem coacturus, ut sibi persuadebat, iterum in servitutem eos qui sero ac vix illam excusserant. Et tractus quidem est a Deo per mare medium : verum cum acriter insequeretur, nec iram sedari prorsus pateretur, sed impotenti animo Deo stulte bellum inferret, in medijs fluctibus cum omnibus copiis obrutus est, solusque servatus est Israel. Sed prodeat jam nobis in medium ille Moses qui Judæorum vesaniam prius deslevit, et dicat ad eos ægre ferens impia in Christum facinora : « Generatio prava, et adultera, hæccine reddis Domino ? » Eum qui te per mare et fluctus traduxit, ultra mare abigis, et insequi non vereris ? Tuæ jam sunt partes, Judæe : **273** mare te tandem opprimet. Mors enim eos qui persequuntur manet, non qui fugiunt, et quod tunc in illis, id nunc in Christo quoque et impiis Judæis videre est. Psallit vero alicubi divinus ille noster David : « Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum<sup>c</sup>, » quibus verbis gravissimum Synagoge Judæorum naufragium subindicat, et ignorantie profundo simul demergi aversatur. Sed Ægyptii quidem et eorum rex corporum tantummodo jacturam fecerunt. Judæi re præstabiliori multati gravius puniuntur : animæ quippe jacturam faciunt, pro raticne suorum facinorum præmia reportantes. Jure enim punitus est Pharaos, utpote qui liberum populum servitute premere tentaret ; contra vero quod juste punitur Israel, qui servire universi Domino dedignaretur ; et quem ille apud ipsum tyrannidis locum tenebat, hunc ipse erga Deum superbiæ tenere deprehenditur. Notandum porro hic paludem Tiberiadem mare vocari, pro more Scripturæ divinæ : « Congregationes enim aquarum maria vocavit<sup>d</sup> » Opifex. Sæpe autem hoc vocabulum externi scriptores promiscue usurpant, ita ut nonnulli paludem maris nomine nuncupare non dubitent.

ὁ Ἰσραὴλ τὴν ὑπὸ τῷ πάντων Δεσπότη δουλείαν οὐκ εἰσερχόμενος, ἀλλ' ὅπερ ἦν ὡς ἐν δυνάμει πλεονεξίας ἐκεῖνος αὐτῷ, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐκ πολλῆς ἀλαστοσίας εἰς Θεὸν εὐρισκόμενος. Σημειωτέον δὲ, ὅτι τὴν Γιβεριάδα λίμνην θάλασσαν ἀποκαλεῖ, τοῖς τῆς θείας Γραφῆς ἐπόμοις λόγοις : « Τὰ γὰρ συστήματα τῶν ὑδάτων θαλάσσης ἐκάλει » ὁ Δημιουργός. Ἀδιαφορεῖ δὲ πολλάκις καὶ ὁ παρὰ τοῖς ἔξω λόγος, ὡς καὶ λίμνην ἔσθ' ὅτε τὴν θάλασσαν ὀνομάζειν οὐ πραιτεῖσθαι τινας.

<sup>a</sup> Osee xiv, 10. <sup>b</sup> Osee ii, 6. <sup>c</sup> Deut. xxxii, 5. <sup>d</sup> Psal. lxxviii, 16. <sup>e</sup> Gen. i, 10.

τῆς δικαιοσύνης ὁδὸς, ἐκτετραχυμένη δὲ καὶ ἀνάπτυς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδιόδευτος παντελῶς τοῖς παροργίζουσιν αὐτὸν, κατὰ τὸ εἰρημένον δι' ἐνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν : « Διότι εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ δίκαιοι πορεύονται ἐν αὐταῖς, οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς. » Οὐκοῦν τὸ δυσήνυτον ὡστερ, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνήνυτον τοῖς Ἰουδαίοις, τῆς ὡς ἐπ' αὐτὸν νοουμένης ὁδοῦ, τὸ μεταξύ τῆς θαλάσσης κατασημαίνει διάστημα, ἐπεὶ καὶ τῆς δυσσεβοῦσης ψυχῆς ἀναφράττειν ἐπαγγέλλεται τὰς ὁδοὺς ἐν προφῆτῃ Θεοῦ λέγων : « Διὰ τοῦτο, ἰδοὺ ἐγὼ φράσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλῃ, καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὐρη. » Ὅπερ οὖν ἐν ἐκείνοις ἐδήλουν οἱ σκόλοπες, τοῦτο καὶ ἐν τούτοις ἡ θάλασσα τῶν ἀρυλάκτως ἐμπαροινεῖν ἐλομένων τὸν ἐμπαροινηθέντα χωρίζουσα, καὶ διίστασα τῶν οὐχ ὀσίων τὸν ὄσιον. Ἔοικε δὲ τι καὶ ἕτερον ἡμῖν ὡς ἐν ὧδεσιν ὁ τύπος κεχυμένον ἔχειν μυστήριον. Ὅτε γὰρ τῆς Αἰγυπτίων ἐξεπέμπετο χώρας ὁ Ἰσραὴλ, ἠκολούθει μὲν λίαν ἐκτεθηγμένος ὁ Φαραὼ, ἐπὶ δὲ ταῖς ἀδοκῆτοις εὐπραγίαις τοῦ ἔθνους ἐξοιστρούμενος, τὰ ἐκ φθόνου καὶ λύπης ἀποτολμῶν νόμῳ τῷ μάχης ἠπειγέτο ἠκολούθει δὲ δύνασθαι παλινδρομεῖν εἰς δουλείαν ἀναγκάζειν οἰόμενος τοὺς ὄψε καὶ μόλις τῆς ὑπ' αὐτῷ θηλείας ἐκδεδουκῶτας. Ἀλλὰ διεβίβαζε μὲν τὴν διὰ θαλάσσης μέσην Θεός, ὁ δὲ διώκων ἐντόνωσ, καὶ χαλᾶσαι μὲν τὴν ὀργὴν μηδαμῶς ἀνεχόμενος, θεομαχεῖν δὲ παραλόγως ἀναπεισιμμένος ἐξ ἀκράτου θυμοῦ, κατὰ μέσην αὐτὴν πανστρατιᾷ κατεπνίγετο, διεσώζετο δὲ μόνος ὁ Ἰσραὴλ. Ἄλλ' ἠκέτω καὶ νῦν εἰς μέσον ἡμῖν ὁ τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας προαναθρηνησῆας Μωσῆς, καὶ λεγέτω πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς εἰς Χριστὸν ἀσεβείαις ἀνανακτῶν : « Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλῆς, ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδετε ; » Τὸν διενεγκόντα διὰ θαλάσσης μέσης καὶ κυμάτων σφοδρῶν πέραν ἐλαύνει θαλάσσης, καὶ διώκων οὐκ ἐρυθριᾷ ; Σὺν οὖν ἔρα τὸ παθεῖν, Ἰουδαίε, σὲ καταπνίξει λοιπὸν ἡ θάλασσα. Τῶν γὰρ διωκόντων, οὐ τῶν διωκόμενων ὁ θάνατος, καὶ ἐν ἐκείνοις ἦν τότε καὶ νῦν ἐπὶ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων. Ψάλλει δὲ πού καὶ ὁ θεοπέσιος ἡμῖν Δαβὶδ : « Μὴ με καταποντισάτω καταγίγς ὕδατος, λέγων, μηδὲ καταπιέτω με βυθός, » τὸ παγχάλεπον τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς ὑπεμφαίνων ναυάγιον, καὶ τὸ σὺν ἐκείνοις ἐναποπνίγεσθαι τῷ τῆς ἀγνωσίας βυθῷ παραιτούμενος. Ἄλλ' Αἰγυπτίους μὲν καὶ τῷ παρ' ἐκείνοις κρατοῦντι τότε περὶ σώματος ἐκ γῆς ὁ κίνδυνος ἦν, Ἰουδαῖοι δὲ παθόντες εἰς τὰ τιμωτέρω μειζρόνως κολάζονται : ψυχῆς γὰρ ὑπομύουσι ζημίαν, ἀναλόγως τοῖς ἰδίοις κακουργήμασι τὰ ἐπιχειρα κομιζόμενοι. Ἐκολάζετο μὲν γὰρ εὐλόγως ὁ Φαραὼ, πλεονεκτεῖν εἰς δουλείαν τὸ ἐλευθέρων ἐπιχερῶν : τιμωρεῖται δὲ πάλιν ἐξ ἀντιστρόφου δικαίως

Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ ὄχλος πολλός, οἱ ἐθεώρουν τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. Ἀρ-  
 ῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος ὃ Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο  
 μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἑγγύς τὸ Πάσχα  
 ἢ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων.

Ὅτε γάρ τῶν Ἱεροσολύμων ἐκπεφοίτηκεν ὁ Χρι-  
 στός, κατὰ τὸ ἐν προφήταις εἰρημένον· « Ἐγκατα-  
 λείλιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, »  
 ὅτε τὸν ἀπειθή καὶ δυσήνιον τῶν Ἰουδαίων ἀπολακτί-  
 σασ λαθόν, τοῖς ἀλλογενέσιν ἐαυτὸν ἐχαρίζετο, τότε  
 πολλὸς μὲν ὄχλος ἀκολουθεῖ. Ἄνεσι δὲ εἰς ὄρος αὐτό, κατ'  
 ἐκεῖνο δὴ πάντως, ὅπερ εἴρηκε φθάσας· « Κἀγὼ  
 ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἑμαυτόν. »  
 Ὑψώθη μὲν γάρ ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν  
 ἀναβαίνων σταυρόν. Ὑψώθη δὲ πάλιν ἐτέρως, καθά-  
 περ εἰς ὄρος ἀναβεθῆκώς τὴν θεοπρεπῆ τιμὴν τε  
 καὶ δόξαν. Οὐ γάρ ὡς ἄνθρωπον ἀτιμάζομεν κατὰ τὸν  
 Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὡς Θεόν, καὶ Σωτῆρα, καὶ Κύριον  
 προσκυνοῦμεν ἡμεῖς. Παρ' ἐκεῖνοις μὲν γάρ ταπεινός  
 τις ὑπάρχειν, καὶ οὐδὲν ὄλως κατὰ τὸ παντελῶς ἐνο-  
 μίζετο· καὶ γοῦν Σαμαρείτην ἀποκαλοῦντες οὐκ  
 ἔφριττον, σεμνότερον δὲ πως ἀτιμάζοντες τὸν τοῦ  
 τέκτονος αὐτῶν ἀπεκάλουν υἱόν· παρὰ δὲ γε τοῖς πι-  
 στεύουσιν εἰς αὐτόν, ὡς μεγαλοουργὸς καὶ Θεός, ὡς  
 τῶν παραδόξων ἐργάτης ἀποθαυμάζεται. Ἀκούης γάρ,  
 ὅπως εὐσεβῆς τοῖς ἀκολουθήσασιν ἐνυπάρχει σκοπός.  
 Ὅτι γάρ ἐθεώρουν τὰ ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων σημεῖα,  
 διὰ τοῦτο δὴ μάλα θερμῶς ἔπεσθαι δεῖν ὑπελάμβανον,  
 ὡς ἀπὸ τῶν τελουμένων ἀναλόγως ἐπὶ τὴν τοῦ τελούν-  
 τος ἐπίγνωσιν ποδηγούμενοι, καὶ ἀπὸ τῆς θεοπρεποῦς  
 ἐξουσίας τὸν ταύτην ἡμφιεσμένον φυσικῶς ἐννοοῦν-  
 τες Υἱόν. Διὰ ταύτης δὲ χρῆναι βεβαίως ἡμᾶς τῆς  
 ὁδοῦ πρὸς τὴν ἐφ' ἑαυτῷ πίστιν ἐκέλευσεν ὁ Σωτῆρ.  
 « Τὰ γὰρ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, φησίν, αὐτὰ τὰ ἔργα, ἃ  
 ἐγὼ ποιῶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. » Καὶ πάλιν· « Εἰ οὐ  
 ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς μου, μὴ πιστεύετε μοι·  
 εἰ δὲ ποιῶ, κἀν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου  
 πιστεύετε. » Ὡσπερ οὖν ἀπὸ μεγέθους καλλονῆς τῶν  
 κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται Θεός, οὐ-  
 τιως ἀπὸ τῆς θεοσημείας, κατὰ τὴν ἴσῃν τῶν νοη-  
 μάτων διασκευῆν, ὁ τῶν σωμάτων ὁρᾶται τελειωτής,  
 καὶ ἡ τῶν ἀκολουθούντων πίστις δικαίως ἂν θαυμά-  
 ζοιτο. Οἴμαι δ' ἔγωγε περιεργότεραν τινὰ καὶ οὐκ  
 ἀπλὴν τοῖς εἰρημένοις ἐγκεκρύφθαι διάνοιαν. Ὁρῶ-  
 μεν γάρ λέγοντα τὸν εὐαγγελιστὴν, οὐκ ὅτι μόνον  
 ἦσαν φιλοθεάμονες οἱ ἀκολουθήσαντες τῷ Χριστῷ,  
 ἀλλὰ καὶ ποίων ἦσαν σημείων δικαιοτάτοι θαυμα-  
 σταί. Προστίθῃσι γάρ, ὅτι· « Ἄ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθε-  
 νούντων, » ἵνα διὰ τούτων ἐναντίως ἔχουσαν τῇ τῶν  
 Ἰουδαίων τὴν τῶν ἀκολουθούντων ἀποδείξῃ διάνοιαν.  
 Οἱ μὲν γάρ ὅτι τὸν παράλυτον ἀσθενούντα τεθερά-  
 πευκε, δυσσεβῶς χαλεπαίνουσιν, οἱ δὲ οὐ μόνον ἐπὶ  
 τούτοις παρόντα θαυμάζουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποδημοῦντι  
 συνεκτρέχουσιν, ὡς θαυματουργῷ καὶ Θεῷ. Φύγωμεν  
 ταῖνον τὴν Ἰουδαίῳς πρέπουσαν ἀμαθίαν, οἱ Χρι-  
 στὸν Δεσπότην ἐπιγραφόμενοι, προσεδρεύσωμεν αὐτῷ  
 διὰ τῆς ὑπομονῆς, ὅπερ ἔδρων πληκτικῶς οἱ σοφώτα-

VI, 2-4. *Sequebatur autem eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Jesus, et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha dies festus Judæorum.*

Cum enim Hierosolymis Christus discessisset, juxta illud propheticum : « Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam »<sup>10</sup>; » cum, præfracto et contumaci Judæorum populo rejecto, alienigenis sese præbuisset, tunc magna secuta est eum turba. Ipse vero in montem ascendit, juxta id quod dixit : « Et ego si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum »<sup>11</sup>. » Exaltatus enim est de terra, etiam cum in crucem pro nobis ascendit. Item exaltatus alio quoque modo est, cum ad honorem et gloriam Deo dignam ascendit. Non enim Israelitarum more nos eum ut hominem respicimus, sed ut Deum ac Servatorem Dominumque adoramus. Apud illos quippe vilis ac pro nihilo **274** plane habebatur : unde Samaritanum ipsum appellare non verebantur<sup>12</sup>, et qui verecundia ei illudebant, fabri filium vocitabant<sup>13</sup>. Apud fideles vero, ut magnarum rerum patratore ac Deo, ut mirabilium effector suspicitur. Audi enim, ut qui sequebantur eum pio affectu ducerentur. Quia enim signa videbant quæ super infirmis faciebat, idcirco magno studio sequendum esse putabant, velut a miraculorum ratione ad agnitionem ejus a quo fiebant progredientes, et a potestate Deo convenienti Dei Filium esse colligentes eum qui tanta virtute præditus esset. Istud vero iter nos jussit Christus insistere, ad fidem contententes. « Opera enim quæ ego facio, inquit, ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibent de me »<sup>14</sup>. » Item : « Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi : si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus meis credite »<sup>15</sup>. » Sicut ergo a magnitudine speciei creaturarum auctor et opifex earum Deus agnoscitur, sic a miraculis, eodem intelligendi modo, corporum perfectior cernitur, et sequentium fides jure laudatur. Porro subtiliorem quemdam nec simplicem in his latere sensum arbitror. Videmus enim evangelistam dicere, non tantum cupide spectare miracula Christi assecelas, sed et quæ signa illi jure mirarentur, indicat. Addit enim, « Quæ faciebat super his qui infirmabantur, » ut hinc fidelium animum contrarium esse menti Judæorum ostenderet. Illi enim quod paralyticum sanarit, impie succensent : illi vero, non ob ista præsentem mirantur, sed et abeuntem prosequuntur ut mirabilium patratorem ac Deum. Fugiamus itaque dignam Judæis inscitiam, quotquot Christo Domino nomen dedimus, adhæreamus ei per patientiam, quod sapientissimi discipuli constanter faciebant, nec avellamur unquam aut ordinem deseramus, sed reipsa una cum Paulo exclamemus : « Quis nos separabit a charitate Christi »<sup>16</sup>? » Sequamur igitur

<sup>10</sup> Jerem. xij. 7. <sup>11</sup> Joan. xii, 52. <sup>12</sup> Joan. 8, 48. <sup>13</sup> Matth. xiii, 55. <sup>14</sup> Joan. iii, 56. <sup>15</sup> Joan. x, 58.

<sup>16</sup> Rom. viii, 55.

eum cum persecutionem patientem, tum hostium A  
immanitatem fugientem, ut et in montem ascen-  
damus, et ibi sedeamus cum ipso, hoc est ad splen-  
didam et præclarissimam gratiam efferamur, re-  
guando cum eo, quem admodum nimirum ipse 275  
dixit: « Vos qui secuti estis me, » in tentationibus  
meis nimirum, « in regeneratione, cum sederit  
Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et  
vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tri-  
bus Israel 17. » Hoc enim significari arbitror, cum  
discipuli assidere Christo dicuntur, postquam in  
montem conscendissent.

δόξης αὐτοῦ, καθήσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ. »  
Ταύτας γὰρ οἶμαι τὰς θεωρίας εἰσφέρειν τὸ καὶ προσεδρεύειν λέγεσθαι τῷ Σωτῆρι τοὺς μαθητάς, καὶ ἀν-  
ελθόντας ἐν ἔρει συγκαθῆσθαι.

VI, 5, 6. Cum sublevasset ergo oculos Jesus, et B  
vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit  
ad Philippum: « Unde ememus panes, ut manducet  
hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim scie-  
bat quid esset factururus. Respondit ei Philippus.

Præclarum hic rursus, et sanctissimis homini-  
bus suis discipulis convenientissimum documentum  
Christus statuit, docens in maximis quoque angu-  
stiis intrepide exercendam esse hospitalitatem, et  
cunctationem omnem procul repellendam, imo ad  
eam virtutem toto animo properandum: quo quid  
majus apud eos esse potest qui norunt ac volunt  
supernam sibi amicitiam qui decet comparare?  
Quippe, cum turba non pauca et innumerabilis  
multitudo in ea loca aquarum instar confluxisset,  
jussit illico parari unde cibum ipsi caperent. Neque  
vero dubium erat quemvis licet ditissimum ab ex-  
cipienda tanta multitudo deterritum iri: sed nihil  
admodum arduum esse Christus significat, in pau-  
cos studium nostrum conferre, sed ea quoque quæ  
expectationem superant generose vult nos aggredi,  
ejus fiducia ad quodvis bonum capessendum con-  
firmatos. Si ergo historia rei spectetur, extra sco-  
pum non tendit corum quæ dicta sunt vis et ratio,  
sed iis rursus ad spiritalem contemplationem trans-  
latis, et typica crassitie recisa, nunc apertius dici-  
mus Deum ex monte quodammodo, hoc est, e  
sublimi ac divina præscientia prævidere eos qui  
studio hono ac fide investigant ipsum, juxta id quod  
a Paulo dictum est: « Quos enim præscivit et præ-  
destinavit conformes imaginis Filii, hos et voca-  
vit 18. » Sublevat ergo Christus oculos, quo signi-  
ficat eos qui diligunt ipsum dignos esse qui a Deo  
respiciantur, 276 quemadmodum nempe bene-  
dicendi modo dictum est ad Israel: « Sublevet ocu-  
los suos Dominus ad te, et det tibi pacem 19. »  
Sed non inspectione sola constat ea gratia, verum  
alio quodam addito beatus evangelista Dominum  
ostendit turbæ providere, cibos atque dapnes præ-  
parando: ut hinc rursus intelligas id quod scriptum  
est in Proverbiis: « Non occidet Dominus fame

αὐτοὶ μαθηταὶ· χωρίζεσθαι μὲν καὶ λειποτακτεῖν ἀνε-  
χόμενοι μηδαμῶς, αὐτοῖς δὲ λοιπὸν ἀναθοῶντες τοὺς  
πράγμασι, τὸ νεανικῶς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγόμενον·  
« Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; »  
Ἀκολουθήσωμεν τοίνυν αὐτῷ, καὶ διωκομένῳ, καὶ  
φύγοντι τὰς τῶν μαχομένων αὐτῷ δυστροπίας, ἵνα  
καὶ εἰς ἄρας ἀναβαίνωμεν, καὶ ἐκεῖ καθίσωμεν σὺν  
αὐτῷ, τουτέστιν, εἰς περιφανῆ καὶ εὐκλεσεστάτην  
ἀναπηδήσωμεν χάριν, διὰ τοῦ συμβασιλεύειν αὐτῷ,  
καθάπερ οὖν ἔρασκεν αὐτός· « Ὑμεῖς οἱ ἀκολουθή-  
σαντές μοι » ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου, « ἐν τῇ καλιγγε-  
νεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου

Ἐπάρας οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ  
θεωσάμενος δεῖ πολλὸς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτόν,  
λέγει πρὸς Φίλιππον· Πόθεν ἀγοράσωμεν ἄρτους,  
ἵνα φάγωσιν οὗτοι; Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐ-  
τόν· αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἐμελλε ποιεῖν. Ἀπεκρίθη  
αὐτῷ Φίλιππος.

Μάθημα δὴ πάλιν ἀριστόν τε καὶ ἀνδράσι τοῖς  
λερωτάτοις προπεπόδιστατον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπ-  
ενόησεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν δυσχωρίαις ἀκράτοις νικᾶν  
ἀναπειθῶν τὴν ἐπὶ τρόπῳ τῷ φιλοξένῳ δειλίαν, καὶ  
δύκνον μὲν τὸν ἐπὶ τούτῳ διαρρήπτειν που μακρὰν,  
θερμοτέροις δὲ μάλλον ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἀφικνεῖσθαι  
κινήμασιν· οὐ τί ἂν γένοιτο μείζον, παρά γε τοῖς  
εἰδοῖσι καὶ θέλουσι δι' ὧν ἂν πρέπει τὴν ἀνωθεν ἐαυ-  
τοῖς ἐξωμεῖσθαι φιλίαν; Ὅχλου γὰρ δὴ πρὸς αὐτόν  
ἰόντος οὐ μακροῦ, καὶ ἀναριθμήτου πληθῆους ὕδατων  
δίχην ἐπεισχομένης τοῖς τόποις, ἐν οἷς ὑψίλιζετο,  
πρὸς τὸ ἐτοιμάζεσθαι τρέφειν αὐτοὺς παραχρῆμα  
διεκελεύετο. Καὶ ἦν μὲν ὄντως οὐκ ἀπεικός, καὶ τοῦ  
σφόδρα πλουσίου καταναρχήσειν τὴν προθυμίαν, τῷ  
πλήθει τῶν ὀρωμένων καταπτοσμένην εἰς φόβον τὸν  
ἐπὶ τῷ μὴ δύνασθαι φιλοξενεῖν· ἀλλ' οὐδὲν ὀλιγ-  
δεικνύει τὸ μέγα τοῦ Χριστοῦ, ὅταν εἰς ὀλίγους γίγνη-  
ται παρ' ἡμῶν ἡ φιλαδελφία, καταναεναιεύεσθαι δὲ  
πως καὶ τῶν παρ' ἑλπίδα βούλεται, τῇ εἰς αὐτόν πεποι-  
θήσει βεβαιουμένους πρὸς τὴν ἐφ' ἅπασιν τοῖς ἀγαθοῖς  
ὑπομίαν. Κατὰ μὲν οὖν τῆς ἱστορίας τὸν λόγον, οὐκ  
ἀπὸ σκοποῦ συντείνεται τῶν εἰρημένων ἡ δύναμις,  
μεταβαλόντες δὲ πάλιν αὐτὰ πρὸς θεωρίαν πνευμα-  
τικὴν, καὶ τὸ ἐν τύπῳ παχὺ περιχειρόντες σχῆμα,  
D  
γυμνότερον ἤδη φαμέν, ὡς διὰ προθυμίας ἀγαθῆς καὶ  
πίστεως τοὺς ἐπιζητοῦντας αὐτόν, καθάπερ ἐξ ἄρας,  
ἐξ ὑψηλῆς δηλονότι καὶ θεοπροποῦς τῆς προγωγώσεως  
προαναβλέπει Θεὸς, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ  
Παύλου· « Οὓς γὰρ προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους  
τῆς εἰκόνας τοῦ Υἱοῦ, τούτους καὶ ἐκάλεσεν. »  
Ἐπαίρει τοίνυν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Χριστὸς, οἷον ἐπὶ  
τῆς θέλας ἐπισκέψεως ἀξίους ὄντας ἐπιδεικνύων τοὺς  
ἀγαπῶντας αὐτόν· ὡσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ἐν εὐλογία  
τρόπῳ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐλέγετο· « Ἐπάρα! Κύριος  
τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σέ, καὶ ἰδὼν σοὶ εἰρήνην. »  
'Ἄλλ' οὐ μέχρι μόνης τῆς ἐπισκέψεως ἡ ἐπὶ τοῖς τιμῶ-

17 Luc. xii, 50. 18 Rom. viii, 29. 19 Num. vi, 26.

σιν αὐτὸν ὀρίζεται χάρις, ἀλλὰ καὶ τι ἕτερον προστιθείς ὁ μακάριος εὐαγγελιστῆς, οὐκ ἀπονήτως ἔχοντα τῶν ὄχλων δεικνύει τὸν Κύριον, ἀλλ' εἰς τροφᾶς ἤδη καὶ πανδαισίας εὐτρεπιζόμενον· Ἰνα δὴ πάλιν διὰ τοῦτου νοῆς τὸ ἐν Παροιμίαις φερόμενον· « Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὴν δικαίαν. » Ἐαυτὸν γὰρ παραθήσει, καθάπερ ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τὰς τῶν φοδουμένων αὐτὸν ἀποτρέψει ψυχᾶς. Πάντα δὲ αὐτοῖς ἐτοιμάζει τὰ ζωαρχῆ, καθάπερ οὖν ἐν Φαλμοῖς ἐλέγγο· « Ἥτοιμασας τὴν τροφήν αὐτῶν, ὅτι οὕτως ἡ ἐτοιμασία σου. » Καὶ αὐτὸς δὲ πού φησιν ὁ Χριστός· « Ἀμήν, ἀμήν λέγω ὑμῖν· Ὁ ἐρχόμενος [πρὸς μὲ] οὐ μὴ πεινάσῃ πώποτε. » Ἐπιδιώσει γὰρ, καθάπερ ἤδη προειπομεν, τὰς ἐξ οὐρανοῦ δηλονότι τροφᾶς, καὶ τὴν πολυειδῆ τοῦ Πνεύματος ἐπιδαψιλεύεται χάριν. Εὐτρεπίζεται γὰρ μὴν πρὸς τὸ δοῦναι τοῖς προστοῦσι τὰς τροφᾶς, οὐδὲ περιμείνας τὴν αἰτησίαν. Τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα, καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἶδαμεν, αὐτὸς δὲ ὀρέγεται προλαβὼν, ἄπερ ἡμᾶς εἰς ζωὴν συνέχει τὴν αἰώνιον. Λέγει τοίνυν πρὸς Φίλιππον· « Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους; » Διατὶ πρὸς Φίλιππον, καίτοι τῶν ἄλλων παρεστώτων τε καὶ προσκαρτερούντων αὐτῷ μαθητῶν, ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Οὐκοῦν ζητητικὸς μὲν ὁ Φίλιππος καὶ φιλομαθῆς, ὄξυς δὲ οὐ λίαν εἰς τὸ δύνασθαι συνεῖναι θερμῶς τὰ θεοπρεπέστερα. Τοῦτο δ' ἂν μάθοις, ἐκεῖνο κατὰ σαυτὸν ἀναλογισάμενος, ὅτι χρόνους ἀκολουθήσας τῷ Σωτῆρι μακροῦς, καὶ ποικίλως τὰ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ συλλέγων μαθήματα, καὶ πλουσιωτάτην διὰ τε πραγμάτων καὶ λόγων ἐραυτὸν ἐκείνος ἑαυτῷ [αἰ. ἐπ' αὐτῷ] τὴν κατάληψιν, ὡς οὐδὲν ὀβρω μαθῶν, ἐν τελευταίοις τῆς οἰκονομίας καιροῖς λέγει πρὸς τὸν Ἰησοῦν· « Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. » Ἀλλ' ὡς ἀκακοήθως εἰπῶν εὖ μάλα μετεπαιδεύετο. « Τοσοῦτω γὰρ χρόνῳ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; » φησὶν ὁ Χριστός. Ὡς οὖν παχυτέρῳ πρὸς νόησιν, καὶ βραδύτερον πως ἤπερ ἔχρησεν πρὸς τὴν τῶν θειοτέρων ἰόντι κατάληψιν προτείνει τὴν πῦσιν, γυμνάζων εἰς πίστιν τὸν μαθητὴν. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ « πειράζων, » ἐν τούτοις, εἰ καὶ, καθάπερ ὁ μακάριος εὐαγγελιστῆς διΐσχυρισάτο, αὐτὸς δὲ ἤδει τί ἐμελλε ποιεῖν. Τὸ δὲ « Πόθεν ἀγοράσομεν » λέγων, τῶν συνόντων αὐτῷ τὸ ἀφιλοχρήματον, καὶ τὴν ἐκούσιον διὰ θεοῦ πτωχελαν ἐπιδεικνύει, οὐδ' ὅσον εἰς τὸ πρῆσθαι τὰς ἀναγκαίας ἐχόντων τροφᾶς· ὁμοῦ δὲ τι τοῦτω προσεργάζεται, καὶ διὰ τέχνης οἰκονομεῖ. Τὸ γὰρ « πόθεν, » οὐ μάτην, ὡς πρὸς οὐδὲν ὄλως ἐπικομιζέσθαι μελετήσαντας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄγαν ἀφιλαργυρεῖν εἰθισμένους φησὶν. Ἀποκλείσας δὲ οὖν καὶ ἀποτεμῶν εὐφυσστάτως τὴν ἐπ' ἀργυροῖς ἐλπίδα, μονοουχὶ καὶ ἀναπειθεὶ λοιπὸν ἐπ' ἐκεῖνο βαδίζειν, ὅτι δεήσει τὸν Κύριον, εἰ μηθενὸς ἐνόητος αὐτοῖς ἀποτρέφειν βούλοιο τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους, ἀπάτην δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ δημιουργῆσαι τροφᾶς. Τοῦτο γὰρ ἦν ἐτι τὸ λειπόμενον, καὶ εἰς μόνας ὄρᾶν τὰς ἐντεῦθεν ἐλπίδας ἐκάλει λοιπὸν κατὰ τοὺς παρ' Ἑλλησι ποιητάς, . . . . σιδηροῦ ἕλκος ἀνάγκης.

Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκούσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος βραχὺ τι λάθῃ.

A animam justam<sup>20</sup>. » Seipsum enim apponet tanquam panem de caelo, et eorum a quibus timetur animas nutriet. Cuncta vero ipsis praeprarat quae ad vitam sufficiunt quemadmodum in Psalmis dicitur : « Parasti cibum illorum : quoniam ita est praepratio tua<sup>21</sup>. » Et ipse Christus ait alicubi : « Amen, amen dico vobis : qui venit ad me, non esuriet<sup>22</sup>. » Dabit enim, ut jam prius diximus, caelestes nimirum escas, et multiformem illam Spiritus gratiam affatim distribuet. Accedentibus porro ad se cibos praeprarat, nec exspectat dum petant. Quid enim petere nos deceat nescimus : sed ipse praeveniendo largitur quae ad vitam aeternam conservant. Dixit ergo ad Philippum : « Unde ememus panes? » Cur ad Philippum, cum alii astant discipuli, eique assiduos comites sese praestarent, operae pretium est animalvertere. Sciscitator nempe erat, ac discendi avidus, sed in percipiendis rebus divinis haud multum acutus. Hoc autem patebit, si apud te reputes quod cum longo tempore Salvatorem secutus sit, ac de ejus deitate multa documenta susceperit, et abundantissimam cum rebus, tum verbis ejus cognitionem hauserit, quasi tamen nihil adhuc didicisset, in extremis dispensationis temporibus ait ad Jesum : « Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis<sup>23</sup>. » Sed a Salvatore utique docetur, ut qui simpliciter nec malitiose id locutus esset. « Tanto enim tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe<sup>24</sup>? » inquit Christus. Quod enim ingenio crassiori esset, ac tardius quodammodo quam decebat res divinas caperet, idcirco interrogationem proponit, discipulum ad fidem exercens. Hoc enim significat, illa vox, « tentans, » tametsi, ut asserit beatus evangelista, ipse sciebat quid esset facturum. Cum autem ait, « Unde ememus, » discipulorum pecuniarum contemptum, et voluntariam<sup>277</sup> propter Deum paupertatem indicat, qui ne haberent quidem unde necessarios cibos emerent : simulque aliud quiddam singulari consilio molitur. Illud enim vocabulum, « unde, » non frustra ponitur, quasi dictum sit ad eos qui nihil plane afferro curaverant, sed et qui pecuniam prorsus contemnere solebant. Spe igitur in pecuniis posita scite admodum exclusa et amputata, illos eo propemodum adigit ut in animum inducant cibos ineffabili virtute ac potentia Domino creandos esse, si, nihil cum cibariis sit, alere tamen velit multitudinem quae ad eum confluerat. Hoc enim unum restabat, et ad solam spem deinceps respicere eos monebat, juxta illud Graeci poetae : . . . . ferreum ulcus necessitatis.

VI, 7. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.

<sup>20</sup> Prov. x, 5. <sup>21</sup> Psal. Lxiv, 10. <sup>22</sup> Joan. vi, 35.

<sup>23</sup> Joan. xiv, 8. <sup>24</sup> ibid. 9.

Angustus quidem Philippi animus non percipit A porro Jesum cuncta posse, idque facile, sed ubi audiit, « Unde ememus, » statim ad eum tentandum rapitur, et pecunias tantum somniat, cum non aliter rem pro sua natura perfectum iri putaret, quam si communi tritaque lege, sumptus nimirum magnos faciendo. Quapropter si discipulorum pecuniarum contemptum respiciamus, et omnium rerum penuriam, ipsamque Philippi mentem, cui nondum immensa illa Salvatoris nostri dignitas patebat, excreri utique non potest erga multitudinem ea liberalitas. Sed non ita sit: imo exitum sortitur quodcumque Servatori placuerit. Quod enim impossibile est apud homines, possibile est apud Deum <sup>25</sup>, et rerum naturalium ordine unli- que potior est Dei virtus, quæ mirabiliter cuncta B facere potest, etiam quæcumque mentem nostram excedunt.

V, 8, 9. *Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit vero Jesus.*

 « Testimonium tuum non est verum <sup>77</sup>. » Cum  
 ergo exaltaveritis Filium hominis, hoc est, cum  
 morti per vos traditum vinculis mortis fortioerem  
 compereritis, siquidem exurgam a mortuis, quia  
 secundum naturam sum Deus, tunc cognoscetis a  
 meipso me nihil facere, sed sicut docuit me Pater,  
 ita loqui. Cum autem videritis me secundum natu-  
 ram esse Deum et Filium, tunc reipsa discetis, in-  
 quit, me non esse usquam propriæ sententiæ aucto-  
 rem, sed semper Deo et Patri meo astipulatorem,  
 et quicquid ille operaretur diligenter facientem, et  
 quæcunque illum dicere norim loquentem. Ejusdem  
 enim sum substantiæ cum eo qui me genuit. Et  
 quidem sanavi in Sabbato paralyticum, propter  
 quod vos pessime in me animati estis, verum et  
 operantem ostendi vobis Patrem in Sabbato. Dice-  
 bam enim : « Pater meus usque modo operatur, et  
 ego operor <sup>78</sup>. » Igitur nihil a meipso facio. Rursus  
 ego dixi, « Ego sum lux mundi : » sed existimatis me  
 ei dissentanea loqui, et in hoc iterum vobis pu-  
 dorem injeci, ostendens de me dicentem : « Ecce  
 posui te in testamentum generis, in lumen  
 gentium <sup>79</sup>. » Quare nequidquam, inquit, insimu-  
 latis me semper eadem cum Patre volentem, nihil-  
 culque facere agredientem quod ei displiceat, aut  
 loqui volentem quod non sit ab eo.

τῶν ἀπαδόντων αὐτῷ, μήτε μὴν τι λαλεῖν ἀνεχόμε-

νον, ὃ μὴ ἔστι παρ' αὐτοῦ.  
 Τουτοῖσι τοῖς προκειμένοις οἶμαι δεῖν ἐφαρμόσαι  
 τὸν νοῦν· ἀλλὰ τὸ πικρὸν ἡμῖν ἰσως ἐφαλεῖται θηρίον,  
 τὸν χριστομάχον δὲ δηλονότι φημί τὸν Ἀρειανόν·  
 καταθοῆσει δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ λέγων ἀφίξεται ἐξ οὐρίας  
 . . . . ὄντα τὸν λόγον· Τί βιάζῃ πάλιν ἐπὶ τὸ σοὶ  
 μόνῳ δοκοῦν ἀντωθεῖν ἐπειγόμενος, καὶ τὴν τῆς ἀλη-  
 θείας παρακλήσεων δύναμιν οὐκ ἐρυθρίξῃ; Ἴδοὺ σα-  
 φῶς ὁ Ἰῖδς οὐδὲν ἐξ αὐτοῦ διισχυρίζεται· δρᾶν, ἀλλ'  
 ὅπερ ἂν μάθει παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῦτο καὶ  
 λαλεῖν, οὕτως οἶδεν ἐν ἀμείνοσιν ὄντα τὸν ἑαυτοῦ  
 Πατέρα ἢ ἐν οἷς ἔστιν αὐτός. Τί οὖν, ὧ βέλτεστε,  
 πάλιν ὁ τοιοῦτος ἀντακούσεται; ἰσχὺν ἄρα καὶ σύν-  
 εσιν χορηγεῖται παρὰ τοῦ Πατρὸς ἵνα δύνηται τι  
 δρᾶν, καὶ λαλεῖν ἀνεκκαλήτως. Πῶς οὖν ἔτι Θεός  
 κατὰ φύσιν, ὁ παρ' ἐτέρου τὸ δύνασθαι καὶ φρονεῖν  
 ζανεζόμενος, καθάπερ οὖν ἔχει καὶ τῶν κτισμάτων  
 ἢ φύσις; Τοῖς γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων λαγοῦσι τὴν γένε-  
 σιν, πᾶν ὅπερ ἂν γένοιτο προσὸν τοῦτο δὴ πάντως  
 ἔστι καὶ θεόδοτον. Ἀλλ' οὐκ οὕτως ἐν Ἰῖψ· Θεὸν  
 γὰρ ἀληθινὸν ἢ θεία τε οἶδε καὶ κηρύττει Γραφή. Δεῖν  
 γε οἶμαι τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ πάντα τελείως  
 προσεῖναι τὰ ἀγαθὰ . . . . .

Hanc ego dictorum sententiam afferri posse  
 puto : sed forsā immanis bellua adversus Chri-  
 stum pugnans Arianus in nos plenis velis insiliet  
 ac vociferabitur his verbis : Quid conaris in tuam  
 unius sententiam adducere, **522** et veritatis vim  
 suffurari non vereris? Ecce ut aperte Filius teste-  
 tur et asseveret nihil esse seipso facere, sed quæ a  
 Deo et Patre didicerit ea loqui, sic Patrem suum  
 meliori loco quam seipsam deputat. Quid igitur,  
 amabo, sic enim istiusmodi hominem denuo com-  
 pellare juvat, vis et intelligentia Filio a Patre suf-  
 ficitur scilicet, ut possit agere et loqui modo qui  
 exprimi non potest. Quomodo ergo deinceps Deus  
 erit secundum naturam suam, qui ab altero posse  
 et sapere mutuetur, eodem prorsus modo quo se  
 habet creaturarum natura? Quodcunque enim re-  
 bus e nihilo productis inest, hoc eis utique a Deo  
 datum est. Sed non ita in Filio : Deum quippe  
 verum esse Scriptura ipsum agnoscit et prædicat.  
 At Deo secundum naturam suam existenti omnia  
 bona perfecte inesse reor. . . . .  
 Quemadmodum enim immortalitas et incorruptio  
 natura ei inest, non extrinsecus, nec ascititia, sic

<sup>76</sup> Joan. viii, 12. <sup>77</sup> Ibid. 13. <sup>78</sup> Joan. v, 17, 18. <sup>79</sup> Isa. xlii, 6.

etiam bonorum omnium perfectio et consummatio. Sin autem, ut indocte, o quisquis es, et impie philosopharis, Filius est imperfectus quoad posse et Deo digna facere et convenienter loqui, ille autem est et vis et sapientia Patris <sup>60</sup> secundum divinam Scripturam, certe hæc labes Patri est potius quam ei ascribenda. Hoc enim posito, non amplius perfectum in potestate Deum et Patrem dices, neque perfecte sapientem. Vides itaque rursus quo tua vecordia recidat. Miror autem quomodo tuam illud quoque mentem fugerit. Quomodo enim, quæso, Deus ac Pater suæ virtuti posse tribuet, aut quo pacto suam sapientiam sapientiore efficiet? Aut enim necessario dicendum erit semper in majus assurgere, ac paulatim ad majorem quam qua præditus est potentiam evelli: quod ineptum et impossibile est prorsus; aut impie putandum ipsum ab alio potius confirmari. Sed quo pacto Filius vocari possit Dominus potestatum, aut quomodo censeatur amplius sapientia et virtus, virtutem, ut vultis, et sapientiam ab alio accipiens? Procul sit tantum piaculum et in ratiocinando absurditas. Vel enim concedite aperte Filium esse facturam, ut omnem habeatis reclamantem divinam Scripturam, aut si creditis eum esse secundum naturam Deum, date etiam ut perfecte habeat omnia deitatis propria. Est autem proprium ejus quæ est secundum naturam deitatis, in nulla re potestate defici, nec suprema **523** sapientia carere, imo eum ex natura sua ipsam sapientiam, ipsam potestatem esse: atqui in sapientia nihil est disciplina comparatum, neque in prima vereque intellecta virtute posse comperiemus aliunde esse ascitum. Ut autem ipsam rerum quoque naturam inquirentes, quæ dicta sunt a Christo accuratius expendamus, istud insuper adjungamus: Quid fecit, posteaquam factus est homo Unigenitus, quod insitam ejus vim superet? Credibile enim est dicturos nonnullos, his verbis, « A meipso facio nihil <sup>61</sup>, » ipsum convenienter asserere tunc se perfectum esse accepta nimirum a Deo et Patre potestate, cum dæmonium abegit, cum morbo paralyticum liberavit, cum leprosum curavit, cum cæcis visum restituit, cum multitudinem hominum innumeram quinque panibus satiavit, cum mare procellosum verbo compescuit, cum Lazarum e mortuis excitavit. Numquid istiusmodi miraculorum vim insitam ejus virtutem superare dicemus? At quomodo, quæso, tam vastum illud cælum condidit, et extendit sicut tabernaculum? quomodo fundavit terram, aut quomodo solem, et lunam, et quæcunque sunt in firmamento condidit? Quomodo creavit Angelos et Archangelos, Thronos et Dominiones, ac præterea Seraphim? Et qui in tam magnis ac tam supra naturam rebus neque potestatem neque adeo sapientiam ab alio accipere opus habuit, quomodo in tam parvis defecit, aut quomodo a

εἶναι δεῖ πάντως αὐτῷ φυσικῶς, καὶ οὐκ ἐξωθεν, οὐδὲ ἐπακτῶς· οὕτω καὶ τὸ ἐφ' ἅπασιν τοῖς ἀγαθοῖς παντέλειον καὶ ἀπροσδεές. Εἰ δὲ κατὰ τὸν σὸν, ὦ σὺτος, ἀνόσιόν τε καὶ ἀμαθῆ λογισμὸν ἀτελής ἐστὶν ὁ Υἱὸς κατὰ γε τὴ δύνασθαι δρᾶν τὰ θεοπρεπῆ, καὶ τὴ δεόντως λαλεῖν, ἐστὶ δὲ δύναμις καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὴν θεῖαν Γραφήν, τῷ Πατρὶ μᾶλλον ἀρμόσει καὶ οὐκ αὐτῷ τοσοῦτον τὸ κατηγόρημα. Οὕτω γὰρ ταῦτα διαλαβὼν, οὐκ ἐτι τέλειον ὑπάρχειν ἐρεῖς ἐν δυνάμει τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἀλλ' οὐδὲ τελείως σοφόν. Ὅρας ὅν ὅποι καταλισθαίνει: πάλιν τῆς σῆς ἀμαθίας τὸ θράσος. Θαυμάζω δὲ ὅπως κάκεινο τὴν σὴν παρατρέχει διάνοιαν. Κατὰ τίνα τρόπον, λέγε μοι, πάλιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει χορηγήσει τὸ δύνασθαι, ἢ πῶς ἂν τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν σοφωτέραν ἐργάσατο; Ἡ γὰρ ἀνάγκη λέγειν ὡς ἐπὶ τι μείζον ἀνεῖσιν ἀεὶ, καὶ προκόπτει κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ δύνασθαι τι καὶ πλεον τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ; ὅπερ ἐστὶν εὐθές τε καὶ ἀδύνατον παντελῶς, ἢ δυσσεβοῦντας ὑπολαμβάνειν παρ' ἐτέρου νευροῦσθαι μᾶλλον αὐτόν. Πῶς δ' ἂν ἐτι, καὶ τῶν δυνάμεων ὀνομάζοιτο Κύριος ὁ Υἱὸς, ἢ πῶς ἂν ἐτι νοοῖτο σοφία, καὶ δύναμις, δυναμούμενος καθ' ὑμᾶς; καὶ σοφούμενος παρ' ἐτέρου; Ἄπαγε τῆς δυσφημίας, καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἀτοπίας. Ἡ γὰρ δότε σαφῶς ὑπάρχειν ποίημα τὸν Υἱόν, ἵνα πᾶσαν ἐχητε καταβοῦσαν ὑμῶν τὴν θεόπνευστον Γραφήν, ἤγουν εἰ πιστεύετε κατὰ φύσιν εἶναι Θεόν, δότε δὴ τὸ τελείως ἔχειν αὐτὸν τὰ τῆς θεότητος ἴδια. Ἴδιον δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἰδιότητος τὸ μήτε περὶ μηδὲν ἀσθενεῖν, μήτε μὴν τῆς ἀνωτάτω σοφίας ἀπολιμπάνεσθαι, μᾶλλον δὲ αὐτὸν κατὰ φύσιν εἶναι σοφίαν, καὶ δύναμιν· ἐν δὲ τῇ σοφίᾳ διδασκτὸν οὐδέν· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ πρώτῃ τε καὶ ἀληθῶς νοουμένη δυνάμει τὸ δύνασθαι ποτε θεωρησάμεν ἐπακτόν. Ἴνα δὲ καὶ αὐτὴν ἐξετάζοντες τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, τὰ εἰρημένα παρὰ Χριστοῦ βασανίσωμεν ἀκριβέστερον, καὶ τότε τοῖς εἰρημένοις ἐποίσωμεν. Τί τοσοῦτον εἰργασταὶ γεγωνῶς ἀνθρώπος ὁ Μονογενῆς, ὃ τὴν ἐνούσαν αὐτῷ πλεονεκτῆσει δύναμιν; Εἰκόσ γὰρ δήπου φάναι τινὰς τότε γὰρ ἠνύσθαι: πρεπόντως εἰπεῖν, ἅτε δὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ δύνασθαι δανεισάμενον· « Ἀπ' ἑαυτοῦ ποιῶ οὐδὲν, » ὅτι δαιμόνιον ἦλασεν, ὅτι τῶν ἀβρωστημάτων ἀφῆκε τὸν παράλυτον, ὅτι λεπρὸν τοῦ πάθους ἀπέλλαξεν, ὅτι τυφοῖς δέδωκεν ὄραν, ὅτι πληθὺν ἀνθρώπων, οὐκ εὐαρίθμητον πέντε κατεκρίσεν ἄρτους, ὅτι θάλασσαν ἀγριαίνουσαν κατεκοίμισε λόγῳ, ὅτι τὸν Ἀάζαρον ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Ἄρα καὶ ἀμείνω τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ τὴν ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἐρούμεν ἐπίδειξιν; Εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, τὸν οὕτω μέγαν ἐστῆσεν οὐρανὸν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν, πῶς ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, πῶς δὲ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τῶν ἐν τῷ στερεώματι γέγονεν ἐργάτης; Πῶς δὲ ἔκτισεν Ἀγγέλους, καὶ Ἀρχαγγέλους, Θρόνους, καὶ Κυριότητας, καὶ πρὸς τοῦτοις ἐτι τὰ Σεραφίμ; Ὁ δὲ ἐν τοῖς οὕτω μεγάλοις καὶ ὑπερφούσις, οὔτε δυνάμεως, οὔτε μὴν σοφίας τῆς παρ' ἐτέρου δεηθείς, πῶς

<sup>60</sup> I Cor. I, 24. <sup>61</sup> Joan. VIII, 28.



ἄν ἠτόνησεν ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς, ἢ πῶς ἂν ἐδεδήθη **A** τοῦ διδάσκειν ὄφελοντος, ἢν χρῆν λαλῆσαι πρὸς Ἰουδαίους, ὁ καὶ διὰ τῶν ἀγίων προφητῶν ὡς σοφία δοξολογούμενος; Ἀκούω γὰρ τινος λέγοντος· « Κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχυρί αὐτοῦ, ὁ ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐπὶ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, » πρὸς δέ γε τοῦτο, καὶ ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας φησὶν. **Ei** δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον, καὶ ἡ ἰσχύς, καὶ ἡ σοφία ἐστὶ, τίς ἐτι λοιπὸν τῆς τῶν ἑτεροδόξων ἀνέξεται γλωσσολαγίας, παρ' ἑτέρου καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν χορηγεῖσθαι τῷ Υἱῷ λεγόντων τὴν σοφίαν, καὶ δύναμιν εἶναι τοῦ Πατρὸς; Ἄλλ' εἰ μὲν τινα, φησὶν, ἐλέγομεν ἕτερον ὑπολείπον ἐἰς δύναμιν ἐπιχορηγεῖν τῷ Υἱῷ, ἦγουν διδάσκειν αὐτὸν, εὐλόγως ἂν τοῖς παρ' ἡμῶν ἐπεσκήψατε λόγοις, ὡς ὑβριζομένῳ συνηγορεῖν ἐγνωκότες αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ταῦτα διδόναι φαμὲν, ποῖα λοιπὸν ἐντεῦθεν ὑμῖν ἡ τῆς λύπης ἀναφανεῖται πρόφασις; Οὐκοῦν εἰ μὴδὲν ἀδικεῖσθαι τὸν Υἱὸν εἰς τὸ εἶναι κατὰ φύσιν ἀνόμοιον τῷ Γεννήσαντι, κἄν χορηγεῖσθαι τι λέγεται παρ' αὐτοῦ, τῶν νέων, ὡς ἀνορθωπε, διαμέμνησο λόγων, καὶ ἀναπειθῶ διὰ τούτων μὴ σκανδαλίζεσθαι· δίδου δὲ αὐτῷ τὸ ἐν ἰσοῖς ὑπάρχειν κατὰ πάντα τῷ ἰδίῳ Γεννήτορι, καὶ κατὰ μὴδὲνα παντελῶς ἠττάσθαι τρόπον ἢ λόγον. **Ei** δὲ σε τοῦτο τῶν τῆς ὀρθότητος ἐξέλκει λογισμῶν, καὶ φρονεῖν ἄ μὴ θέμις ἀναπειθῆναι περὶ αὐτοῦ, τί μάτην ἡμᾶς τοῖς οὕτω σαθροῖς κατασοφίζεσθαι λόγοις ἐπιχειρεῖς; Διοίσει γὰρ ὅπως οὐδὲν κἄν ταῦτῳ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, κἄν ἕτερός τις παρ' ἑκείνου διδόναι τι λέγεται τῷ Υἱῷ. **Ἐπὶ** γὰρ τῷ τι λαθεῖν ἄπαξ κατηγοροῦμενος, ποῖαν ἂν ἔχη τὴν δνησιν, κἄν κταν ὑπάρχειν περιφανῆς τοῦ διδόντος τὸ πρόσωπον; Τί γὰρ, εἰπέ μοι, διοίσει τῷ τὸ πλήττεσθαι παραιτουμένῳ τὸ ξυλῆν τυχὸν ἦγουν διαχρύσω παῖσθαι βράδῳ; Οὐ γὰρ τὸ τοιῶσδε παθεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδαμῶς παθεῖν ἀγαθόν. Ἐλεγχόμενου τοιγαροῦν τοῦ Υἱοῦ, δυνάμειός τε καὶ σοφίας ἐπιθεσοῦς, ὅταν φαίνεται τι παρ' αὐτοῦ λαθόν, καὶ ἐν τούτοις σύμπαν ἔχοντος ἤδη τὸ κατηγορημα, πῶς οὐκ εὐθεῖς κομιδῆ λόγους ἡμᾶς ἐώλοισ κατακροτεῖν τοὺς ἀκρωμένους, καὶ τοῖς ἐξ ἀπάτης εὐρήμασι περιπλάττειν τὸ ἔγκλημα διὰ τοῦ δεῖν οἴεσθαι τὸν μὲν ἄλλων οὐδένα, μόνον δὲ τὸν Πατέρα καταδέχεσθαι χορηγόν; Θαυμάζω δὲ ἔπος, καίτοι δοκοῦντας εἶναι σοφοῦς, καὶ λόγοις τοῖς ἐξώθεν οὐ μετρῶς ἐξησηκόμενος πρὸς τὸ δύνασθαι διενθυμῆσθαι πικρὰ, κἄκεῖνο διέλαθεν, ὅτι τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατασμικρύνοντες χαρακτήρα, τοῦτ' ἐστὶ τὸν Υἱὸν, οὐκ αὐτοῦ τοσούτον, ὅσον ἐκείνου κατηγορεῖν ἐγνωκάτε, οὐ καὶ ἐστι χαρακτήρ, οὕτως ἔχειν ἐξ ἀνάγκης ὄφελοντος ὡς ἂν ἐν Υἱῷ διαφαίνεται; Ἄλλ' ἐκδιάσεται, φησὶν, ἡ τοῦ Υἱοῦ φωνή, πρὸς τὸ καὶ οὐκ ἐκόντα συναινεῖν οἷς εἰπεῖν οὐκ ἀπηξίωσεν. Αὐτὸς γὰρ οὐδὲν ἐξ αὐτοῦ ποιεῖν ὑμολόγηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄπερ ἂν διδάσκοντο παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ταῦτα μὲνα δοκοῦντα ἔχειν οὐκ ὀρθῶς, ἐπεὶ περ ἠρνήσω βαδισόμεθα ὁδὸν, καὶ τὰ συνήθη, καὶ φιλοφρονήσομεν τοῦ Μονογενοῦς μετὰ τῆς πρεπούσης ἡμῖν εὐσεβείας τοῖς προκαίτοις προσβάλλοντες.

<sup>92</sup> Jerem. LI, 15.

**A** quo doceretur necesse habuit, qui Judæos docere debebat, quique per sanctos prophetas celebratur ut sapientia? Audio enim quemdam ex iis dicentem : « Dominus qui fecit terram in virtute sua, qui erexit orbem terrarum in sapientia sua, et prudentia sua extendit cælum, » inquit Jeremias<sup>92</sup>. Quod si juxta prophetæ sententiam ipse virtus et sapientia est, quis hæreticorum petulantiam ultra feret, qui virtutem et sapientiam esse Patris, idem esse dicunt ac ab alio virtute et sapientia donari? At si aliquem alium, inquit, potestate defectum diceremus Filio potestatem largiri, aut eum docere, merito nobis succenseretis, tanquam qui ei injuria affecto patrocinari velitis. Sed cum Deum et Patrem hæc illi dare dicimus, quid est cur ex eo **B** deinceps affici molestia debeatis? Quocirca si discere vis nihil obesse Filio quominus sit ejusdem cum Patre substantiæ, licet dicatur ei subministrari quiddam ab ipso, **524** recordare, quæso, eorum quæ mox diximus, et hinc discite minime scandalizari, sed falere ipsum æquale prorsus esse suo Genitori, nec ullo modo ipso inferiorem esse. Quod si hoc a recta doctrina te abripit, atque ut animo nefanda volvas de eo te adigit, quid nos frustra tam putidis infirmisque rationibus fascinare conaris? Nihil enim omnino refert, Deusne ipse et Pater, an alius quispiam ab eo diversus dicatur Filio dare. Cum enim semel accepisse comperietur, quid proderit quantumvis illustrem esse dantis personam? Quid enim, quæso, intererit ejus qui percuti non vult, utrum ligno puta an inaurato baculo feriat? Non enim taliter pati, sed omnino non pati bonum censendum est. Cum ergo Filius potestatis et sapientiæ inops prodatur, ex eo quod accepisse aliquid ab ipso videtur, adeoque in his prorsus lædatur, quomodo non stultum est vanis sermonibus auditores percellere, et fallacibus commentis crimen asingere persuadendo Patrem duntaxat, non ullum alium ei largiri? Miror qui vos, opinione sapientiæ et acrimonia ingenii præditos, illud præterierit, cum Dei et Patris characterem, nempe Filium, deprimitis, vos minorem huic quam illi cuius est character notam inurere, quippe cum necesse sit illum talem esse, qualis in **D** Filio suo appareat? At vero, inquit, ipsa vox Filii vel nolentem coget assentiri iis quæ dicere gravatus non est. Ipse enim nihil ex seipso facere professus est, sed quæcunque didicerit a Deo et Patre, ea se loqui. Esto vero, o egregie, quæ recte dicta sunt tibi perperam dicta videantur, quandoquidem veritatis lumen semel abnegasti : nos vero denno familiare nobis iter insistemus, et consuetudine nostra utemur, cum ea qua decet pietate ad proposita aggredientes.

λαλεῖν. Ἄλλὰ σὺ μὲν, ὡς γενναῖε, καὶ τὰ καλῶς εἰρη-  
τῆς ἀληθείας τὸ φῶς· ἡμεῖς δὲ πάλιν τὴν ἑαυτῶν

Si enim dixisset Unigenitus : Nihil a meipso facio, accipiens potestatem a Deo et Patre, et signa facio, et sum admirationi, esset etiam sic nonnulla ratio cur ne eam ob rem quidem accusari deberet, quippe qui seipsum ostenderet : verumtamen adversarius majori confidentia nobis oblucri videretur. Cum autem simpliciter et absolute, nullo addito, dicat : « Nihil a meipso facio, » nullo modo dicemus ipsam tanquam **525** alicujus infirmitatis sibi consciam propriam incusare naturam, sed aliquid aliud significare verum et nulli reprehensioni obnoxium. Ut enim exacte capiamus quod dicit translata vi sermonis in hominem, ponamus esse duos viros aliquos eandem sortitos naturam, æquales inter se viribus et animis concordēs : deinde dicat alter eorum : A meipso facio nihil : num tanquam imbecillus et nihil prorsus ex seipso facere potis hæc dicere censendus sit, an potius tanquam habens alterum in omnibus sibi conjunctum et unanimem astipulatoremque? Eo modo cogita mihi de Filio, et multo quidem potiori ratione. Quoniam enim ei supra omnium captum mira facienti insultabant Judæi sine causa, passim transgressionem Sabbati et legum violationem objicientes, in omnibus sibi consentientem convenientemque Deum et Patrem ostendebat, artificiose incutiens pudorem effrenibus rebellium atque incredulorum animis. Erat enim consentaneum aliquos ei crimen impingere paratos metu deterreri, cum se omnia ex voluntate Patris facere diceret, et in illius voluntate suam ostenderet. Cæterum Filium omnia facere ex voluntate Patris, non eum minorem arguet aut ministrum, sed ex ipso, et in ipso, atque consubstantiali. Quandoquidem enim is est sapientia Patris et vivens consilium, fatetur se nihil aliud facere quam quod scilicet Pater velit, cujus est sapientia et consilium, quippe cum intelligentia quæ in nobis est, ex seipsa nihil agat, sed quidquid omnino nobis libuit adimpleat. Et hoc quidem parvum est ut ad illud comparetur exemplum, aliquam tamen habet nec obscuram veritatis imaginem, et quemadmodum intelligentia quæ in nobis est non aliud quid diversum a nobis censetur, eodem modo et sapientia Dei atque Patris, nempe Filius, non est quid aliud ab eo, intelligo quoad substantiæ identitatem et omnimodam naturæ similitudinem. Pater enim est Pater, et Filius est Filius, secundum propriam hypostasim. Quoniam autem addit Dominus : « Sicut docuit me Pater, hæc loquor<sup>88</sup>, » nemo putet omnino Filium ulla in re disciplinæ indigum dari : est enim absurdum : verum vis sermonis ejusmodi quiddam significat. Judæi quidem cum nihil ex iis quæ bona sunt intelligere possent, non solum ob ea quæ patrabat miracula scandalizabantur, sed ob ea quoque quæ convenienter Deo verba faciebat : etenim eo dicente : « Ego sum lux mundi<sup>89</sup>, » dentibus fremebant, et

Εἰ μὲν γὰρ εἶρηκεν ὁ Μονογενὴς, Οὐδὲν ἀπ' ἑμαυτοῦ ποιῶ, λαμβάνων τὸ δύνασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τερατουργῶ, καὶ θαυμάζομαι, ἦν μὲν τις καὶ οὕτω λόγος οὐδὲν ὄλως ὀφείλοντα διὰ τοῦτο κατηγορεῖσθαι δεικνύων αὐτὸν, πλην ἐδοξέ πως ἂν εὐπροσωπώτερον ἡμῖν ἀντιπράττειν ὁ δι' ἐναντίας. Ἐπειδὴ δὲ ἀπλῶς καὶ ἀπολύτως ἐπενεχθέντος οὐδενὸς, « Οὐδὲν ἀπ' ἑμαυτοῦ ποιῶ, » φησὶν, οὐ πάντως ἐρωόμεν αὐτὸν ὡς κατὰ τι γοῦν ἀσθενῆ τὴν ἰδίαν κατατιθεσθαι φύσιν, ἀλλ' ἕτερον τι σημαίνειν ἀληθῶς καὶ ἀκατηγόρητον. Ἴνα γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων μετασχηματίζοντες τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, ἰδῶμεν ἀκριβῶς, ὁ φησὶν· ἔστωσαν δύο τινὲς ἄνδρες τυχόν τὴν αὐτὴν δηλονότι λαρόντες φύσιν, ἰσοσθενεῖς τε ἀλλήλοις, καὶ ὁμογνώμονες, εἴτα λεγέτω εἰς ἑξ αὐτῶν· Ἄπ' ἑμαυτοῦ οὐδὲν ποιῶ· ἄρα ὡς ἀσθενὴς, ἢ καὶ δρᾶν ὄλως οὐδὲν ἀπ' ἑαυτοῦ δυνάμενος τὸ τοιοῦτόν φησὶν, ἢ ὡς ἔχων ἐφ' ἅπασιν συνευδοκῆτην καὶ ὁμογνώμονα τὸν ἕτερον καὶ συνευγεγμένον αὐτῷ; Οὕτω μοι νόει καὶ ἐφ' Υἱοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦτο πολὺ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐργαζομένη τὰ παραδόξα παραλόγως ἐπεπῆδων Ἰουδαῖοι, ἄνω τε καὶ κάτω τὴν τοῦ Σαββάτου λύσιν ἐπαιτιώμενοι, καὶ παρανομίαν ἐγκαλοῦντες αὐτῷ, λοιπὸν ἐφ' ἅπασιν ὁμογνωμονοῦντα, καὶ συνευδοκῆτην ἐπεδείκνυε τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, τέχνη δυσωπῶν τὸν ἀγάλιον τῶν ἀπειθοῦντων θυμῶν. Ἦν γὰρ εἴη καὶ εἰκόξ ἀποφριζαὶ μὲν ἤδη τινὰς τὸ ἐγκαλεῖν ἐθέλειν αὐτῷ πάντα δρᾶν λέγοντι κατὰ βούλησιν τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἴδιον ἐν τῷ ἐκείνου δεικνύοντι θελήματι. Τὸ δὲ πάντα κατὰ θέλησιν τοῦ Πατρὸς ἐργάζεσθαι τὸν Υἱὸν, οὐκ ἐλάττονα δείξει καὶ ὑπουργῶν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ὁμοούσιον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐστὶν αὐτὸς ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς, καὶ ἡ ζωσα βουλή, οὐκ ἕτερόν τι ποιεῖν ὁμολογεῖ παρ' ὅπερ ἂν βούληται τυχὸν ὁ Πατὴρ, οὐ καὶ ἐστὶ καὶ σοφία καὶ βουλή, ἐπεὶ καὶ σύνεσις ἡ ἐν ἡμῖν οὐκ ἀπ' ἑαυτῆς τι ποιεῖ, σύμπαν δὲ τὸ ἡμῖν δοκοῦν ἀποπληροῖ. Καὶ μικρὸν μὲν ὡς πρὸς ἐκεῖνον τὸ παράδειγμα, πλην ἔχον εἰκόνα τῆς ἀληθείας οὐκ ἀμυδρὰν, καὶ ὡσπερ ἡ σύνεσις ἡ ἐν ἡμῖν οὐκ ἕτερον εἶναι παρ' αὐτὸν ἐστὶν· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῦτ' ἐστὶν, ὁ Υἱὸς, οὐκ ἕτερον παρ' αὐτὸν ἐστὶν ὅσον εἰς οὐσίας ταυτότητα λέγω, καὶ φύσεως ἀπαράλλακτον ὁμοίότητα. Πατὴρ γὰρ ἐστὶν ὁ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς ὁ Υἱὸς ἰδιοσυστάτως. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῦτ' φησὶν, « Καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ Πατὴρ ταῦτα λαλῶ, » νομιζέτω μηδεὶς μαθήσεως ὄλως τῆς κατὰ τι γοῦν ἐπιδεᾶ καθεστάναι τὸν Υἱὸν· πολλὴ γὰρ ἐν τούτοις ἡ τῶν λογισμῶν ἀτοπία· σημαίνει δὲ τι τοιοῦτον ἡ τοῦ λόγου δύναμις. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ συνιέναι τῶν ἀγαθῶν τι οὐκ ἰσχύοντες, οὐ μόνον ἐφ' οἷς εἰργάζετο παραδόξως ἐσκυδαλίζοντο, ἀλλὰ καὶ ὅτε τι τῶν θεοπρεπῶν ῥημάτων ἐφθέγγετο, τοῦτο παθόντας ἴδοι τις ἂν· καὶ γοῦν λέγοντός τε, καὶ ἀληθεύοντος· « Ἐγὼ εἶμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » διεπρίοντό τε καὶ τὰ πάνδεινα δεῖν τολμᾶν διεσκέπτοντο. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἵνα μάτην αὐτοὺς ἐπὶ τούτῳ

<sup>88</sup> Joan. viii, 28. <sup>89</sup> Ibid. 12.

λελυπηχότας ἐλέγξῃ, τοὺς ἑαυτοῦ λόγους τοῦ Θεοῦ ἅ καὶ Πατὴρ εἰναι φησιν, ἀνθρωπινότερον μὲν τὸ ἐδίδαξεν εἰπών. Πλὴν οὐκ ἔξω θεωρίας λεπτῆς τὴν ἀπὸ τῆς λέξεως εὐρήσομεν δύναμιν· καὶ εἰ μὴ δέχοιτο τυχὸν ὁ τῆς φληθείας ἐχθρὸς τὰ ἀνθρώπινα, μάλιστα μὲν ἀδικεῖ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν λόγον. Ἐταπεινώσε γὰρ ἑαυτὸν ὁ Μονογενὴς ἀνθρώπος γεγωνὸς, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις λαλῶν ὡς ἀνθρώπος. Πλὴν ἴστω πάλιν ὡς οὐδὲν ἀδικήσει τὸν Υἱὸν εἰς ἀξίωμα τὸ θεοπρεπὲς, τὸ εἰπεῖν, « Καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ Πατήρ, οὕτω λαλῶ. » Πανταχόθεν γὰρ ὑγιῶς ἔχοντα καὶ καλῶς καὶ τοῦτον αὐτοῦ τὸν λόγον ἐπιδείξομεν. Ἀποκρινάσθω δὲ ἡμῖν διερωτῶσιν ἐκεῖνος τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ὁ κατήγορος. Τίς, εἰπέ μοι, τὸ βρέφος τὸ ἀρτιγενὲς τῇ ἀνθρωπιᾷ διδάσκει κεκρησθαι φωνῇ; Διὰ τί μὴ βρυχᾶται κατὰ λέοντα, ἦγουν ἕτερόν τι τῶν ἀλόγων ζώων ἀπομιμείται ποτε; Ἄλλ' ἔδει δῆπου πάντως, καὶ ἐπ' ἐκεῖνο δραμεῖται τὸ κοινὸν, καὶ πᾶσι κατειλισμένον· ἡ φύσις διδάσκαλος; πρὸς τὴν τοῦ σπειρόντος ἰδιότητα τὸ ἐξ αὐτοῦ διαπλάττουσα. Ἔστιν οὖν ἄρα ἀδιδάκτως μαθεῖν παρὰ τῆς φύσεως, ὄλη; Ἦν οὕτως εἶπω, τῆς τοῦ σπειρόντος; ἰδιότητος ἐνθεθείσης τῷ γεννήματι. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ὁ Μονογενὴς μαθεῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐν τοῦτοις διευχρίσατο. Ὅπερ γὰρ ἐστὶν ἡμῖν ἡ φύσις, τοῦτο δὴ πάντως αὐτῷ νοοῖ· ἂν εἰκότως ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· καὶ ὡς περ ἡμεῖς, ἐπειδὴ περ ἀνθρώποι καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἐσμέν, ἀδιδάκτως μαθησάντες παρὰ τῆς φύσεως λαλοῦμεν ἀνθρωποπρεπῶς, οὕτω καὶ αὐτὸς, ἐπειπερ Θεὸς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστίν, ἔμαθεν ὡς περ ἀπὸ τῆς ἰδίας φύσεως λαλεῖν ὡς Θεός, καὶ τὰ πρόποντα Θεῷ διαλέγεσθαι, ὅπερ ἐστίν, « Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Ὁ γὰρ οἶδεν ἑαυτὸν ὄντα διὰ τὸ ἐξ οὐπερ ἐστὶ Πατήρ, φῶς ἐστὶ γὰρ ἐκ φωτός, τοῦτο μαθεῖν ἔφη παρ' αὐτοῦ, ἀδιδακτόν τινα μάθησιν τῶν θεοπρεπῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἐκ τῆς τοῦ γεννήσαντος ἰδιότητος ἔχων καὶ φύσεως, ὡς περ ἀναγκαίως δεσμοῖς εἰς ταυτοβουλίαν τὴν ἐφ' ἅπασιν καὶ ταυτολογίαν ἀναβαίνων τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Πῶς γὰρ οὐκ ἔδει τὸ ἐν θελήσει ταυτὴν, καὶ τὸ ἐν λόγοις ἴσον τε καὶ ὅμοιον ἀναμφιλόγως ἐνυπάρχειν τοῖς, οἷγε μίαν ἔχουσι τὴν φύσιν; Ἐπὶ Θεοῦ δὲ πάντως ὁ λόγος, οὐκ ἐφ' ἡμῶν· ἡμᾶς μὲν γὰρ καὶ τῆθῶν παρατροπαλ, καὶ θελημάτων διαφοραὶ, καὶ παθῶν πλεονεξίαι τῶν τοῦ πρόποντος ἐξέλκουσιν ὄρων· ἡ δὲ θεία τε καὶ ἀπερινόητος φύσις, ὡσαύτως ἔχουσα, διὰ παντὸς καὶ ἐν τοῖς ἰδίαις ἀγαθοῖς ἀκλονήτως ἐρηρεσιμένη, ποῖαν ἔχει τὴν ἐφ' ἕτερόν τι παρατροπήν; ἢ πῶς οὐχὶ πάντως δραμεῖται κατ' εὐθὺ τοῦ ἰδίου σκοποῦ, καὶ τὰ ἑαυτῇ πρόποντα καὶ λαλήσει καὶ ἐξεργάσεται; Τῆς αὐτῆς οὖν οὐσίας ὑπάρχων ὁ Μονογενὴς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Γεννήτορα, καὶ τοῖς τῆς μιᾶς θεότητος ἀξιώμασι διαπρεπόντως δῆπου καὶ ἀναγκαίως ἐργάσεται μὲν ἅπερ ἂν ἐργάσατο καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ποιεῖν ἅφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν λαλήσει δὲ πάντως τὰ τοῦ γεννήσαντος, οὐκ ὡς ὑποοργῶς, ἢ κεκλευσμένως, ἢ ὡς μαθητῆς, ἀλλ'

ultima quæque machinabantur. Dominus autem noster Jesus Christus ut eos ostendat frustra **526** offendi, sua verba Dei ac Patris esse dicit, magis tamen humano modo usurpans hoc, *docuit*. Quanquam hujus vocis vim subtili quadam speculatione non carere comperimus: quod nisi veritatis hostis admittat humana, maxime injuriæ est incarnationis mysterio. Exinanivit enim seipsum Unigenitus, homo factus<sup>85</sup>, et propterea sæpe loquitur ut homo. Verumtamen norit etiam nihil derogare Filio quoad dignationem Deo convenientem, istud dicere, « Sicut docuit me Pater, hæc loquor. » Nam undequaque hunc sermonem recte se habere comprobabimus. Age vero respondeat nobis pietatis dogmatum accusator. Dic mihi, quis docet infantem recens natum humana voce uti? Quare non rugit instar leonis, aut non aliquid aliud brutorum animalium imitatur? Utique dicit illud protritum et pervulgatum, quod natura sit magistra, ad propriam seminantis similitudinem quod ab eo seminatur informans. Licet igitur discere sine disciplina ab univversa natura, ut ita loquar, proprietate seminantis insita sato et genito. Sic ergo Unigenitus his verbis discere se a Patre asseveravit. Quod enim nobis est natura, hoc prorsus illi censendus est esse Deus et Pater. Et quemadmodum nos, utique qui homines et ex hominibus sumus, edocti sine doctrina a natura convenienter hominibus loquimur, sic ipse, quia Deus ex Deo secundum naturam est, didicit tanquam a propria natura loqui ut Deus, et convenientia Deo disserere, quod quidem est, « Ego sum lux mundi. » Quod enim novit seipsum esse, quippe lumen est de lumine, hoc se ait didicisse ab eo, disciplinam quædam disciplinæ expertem operum verborumque Deo convenientium ex proprietate et natura Genitoris habens, veluti necessariis quibusdam vinculis in idem vellæ et dicere per omnia Deo et Patri adhærens. Quomodo enim non deceret quod in voluntate et verbis idem est, æquale sine controversia inesse naturam eandem habentibus? In Deo vero omnino et semper ratio inest, non item in nobis, cum nos et morum depravationes, et voluntatum dissimilitudines, et immodici affectus atque perturbationes ab officii limitibus abstrahant: contra vero divina illa et incomprehensa natura eodem modo sese semper habens, et in propriis bonis inconcussa stabilitate fundata, quam alio declinandi causam habeat, **527** aut quomodo non omnino rectum propositum tenebit, et sibi convenientia cum loquetur, tum operabitur? Ergo Unigenitus ejusdem substantiæ cum suo Genitore, et iisdem unius deitatis radiis coruscans, convenienter utique et necessario faciet quæcunque fecerit et ipse Pater: hoc enim est facere a seipso nihil. Omnino vero loquetur quæ sunt Genitoris, non ut minister, vel jussus et coactus, vel tanquam discipulus, sed tanquam hunc

<sup>85</sup> Philipp. II, 7.

propriae naturæ fructum habens, ut Dei et Patris sui verbis utatur. In hoc enim perspicue apparet, citra omne probrum esse, quod nihil quidquam ab ipso dicatur.

VIII, 29. *Et qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum.*

Clare hic ostendit se Dei ac Patris explicare consilium, non quod diversam habeat ab eo voluntatem, nullo modo : ipse enim est vivens illud et subsistens Patris consilium ac voluntas, juxta id quod in libro Psalmorum scribitur : « In consilio tuo deduxisti me; » item : « Domine, in voluntate tua præbe decori meo virtutem » : omnia quippe in Christo bona sunt diligentibus ipsum : sed tanquam qui ad nostram notitiam adducat ea quæ sunt in Deo ac Patre. Quemadmodum enim sermo qui foras erumpit et lingua editur, ea quæ intimis nostris sensibus teguntur explicat, cum agenda rei voluntatem quam mente habemus ceu documentum aliquod accipiens, tum ab ea ad istiusmodi rem eloquendam impulsus : ita pie cogitemus Filium supra vim hujus exempli longe positum, cum sit ipse Deus, et Verbum, et sapientia Dei ac Patris, quæ in eo sunt eloqui. Et cum non careat propria hypostasi, sed subsistens sit ac vivens, ut qui propriam in Patre et cum Patre existentiam habeat, ait hic se non esse solum, sed secum esse eum a quo missus est. Cum autem dicit, *mecum*, aliud rursus Deo dignum et mysticum denotat. Neque enim nos existimare fas est istud eum dicere, quemadmodum forte Deus adsit prophetæ videlicet eum propugnans propria vi et potentia, aut divina per Spiritum illuminatione ad prophetiam excitans, sic et cum ipso esse Genitorem : verum alio quodam modo hic usurpat vocabulum, *mecum*, hoc est in eandem *mecum* naturam, qui me misit, Deus ac Pater nimirum. Secundum hunc loquendi modum interpreteris mihi quod est apud Isaiam prophetam de Christo : 528 « Nobiscum Deus, » cognoscite, gentes. Credentes enim aiunt *nobiscum Deus*, non quia nobis sit auxiliator et adiutor protectorque Deus, sed quia nobiscum, hoc est unus est e nobis. Homo enim factum est Verbum Dei, et in hoc omnes servati sumus, et rupimus mortis vincula, atque peccati corruptionem exuimus, quia descendit in nos, et nobiscum factus est qui in forma Dei erat Deus Verbum. Quemadmodum igitur eo loci intelligimus, *nobiscum Deus*, pro eo quod est, in eandem nobiscum factus est naturam quod ex Deo et Patre est Verbum, ita hic quoque eandem interpretandi servantes rationem, cum Christus ait : « Qui misit me, mecum est, et non reliquit me solum, » illud utique accipiemus mystice, sicuti modo diximus, nimirum, In eandem mihi est naturam Deus ac Pater, et non dimisit me solum.

ὡς φύσεως ἰδίας ἔχων κληρὸν, τὸ καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς χρῆσθαι λόγοις. Ἐν τούτῳ γὰρ διαφαίνεται ἡ σαφὴς καὶ λοιδορίας ἀπάσης ἀμοιροῦν τὸ λέγεσθαι τι παρ' αὐτοῦ.

*Καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστὶ· καὶ οὐκ ἀφῆκε με μόνον.*

Ἐν τούτῳ δείκνυσιν ἐναργῶς ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διερμηνεύει βουλὴν, οὐκ αὐτὸς ἔχων ἐτέραν παρὰ τὴν ἐν ἑκείνῳ ποθέν· αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ἡ ζωσα καὶ ἐνυπόστατος βουλή τε καὶ θέλησις τοῦ γεννησαντος αὐτόν, κατὰ τὸ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Παλμῶν εἰρημένον ὑπὸ τινος τῶν ἀγίων· « Ἐν τῇ βουλῇ σου ὠδήγησάς με, » καὶ πάλιν· « Κύριε, ἐν τῷ θελήματι σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· » πάντα γὰρ ἐν Χριστῷ τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἀλλ' ὡς εἰς γινώσκιν ἐκφέρων τὴν ἡμετέραν τὰ ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. Ὅνπερ γὰρ τρόπον τὰ ἐν τῷ βάθει τῆς ἡμετέρας διανοίας ὁ προφορικὸς ἡμῶν οὔτος καὶ διὰ γλώσσης προχεόμενος σαφηνίζει λόγος, καὶ τὴν ἐν τῷ νῷ θέλησιν, τὴν ἐπὶ τισὶ δηλονότι φημί, καθάπερ τι μάθημα λαβόν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τὸ τοιοῦδε τυχεῖν λαλεῖν ὀρμώμενος· οὕτω πάλιν εὐσεβοῦντες ὑποπῆσωμεν τὴν τοῦ παραδείγματος δύναμιν ἀναδιδόνοντα τὸν Υἱόν, ἐπεὶπερ ἐστὶν αὐτὸς Θεὸς, καὶ Λόγος, καὶ σοφία τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὰ ἐν αὐτῷ διαλέγεσθαι. Καὶ ἐπεὶπερ ἐστὶν οὐκ ἀνυπόστατος ὡςπερ ὁ ἀνθρώπινος, ἀλλ' ἐνουσίος τε καὶ ζῶν ὡς ἴβαν ἔχων ἐν Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς τὴν ὑπαρξιν, οὐκ εἶναι μόνος ὡς ἐνθάδε φησὶν, εἶναι δὲ μετ' αὐτοῦ καὶ τὸν πέμψαντα αὐτόν. Ὅταν δὲ λέγη τὸ, *μετ' ἐμοῦ*, σημαίνει τι πάλιν θεοπροπέες καὶ μυστικόν. Οὐ γὰρ δι' οὗ νομιούμεν ἐκεῖνο λέγειν αὐτόν, ὅτι ὡςπερ ἂν εἴη τυχεῖν μετὰ προφήτου Θεοῦ, συνασπίζων δηλονότι τῇ οἰκείᾳ δυνάμει, καὶ ταῖς εὐμενείαις ἐπικουρεν ἡ τοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐλλάμψεσιν εἰς προφητεῖαν ἐγείρων, οὕτω καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν γεννησαντα· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις τίθησι τὸ, *μετ' ἐμοῦ*, καθ' ἕτερον τρόπον· εἰς τὴν αὐτὴν γὰρ μοι φύσιν (1) ὁ πέμψας με, φησὶ, Θεὸς δηλονότι καὶ Πατήρ. Κατὰ τὸδε νοήσοιτο σχῆμα καὶ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ κεῖμενον Ἡσαΐα περὶ Χριστοῦ· « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός, » γινώτε, ἔθνη . . . ὁ λόγος, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὴν τοῦ σῶζεσθαι πεποιημένους ἐλπίδα, φασὶ δὲ ὁμοῦ καὶ οὗτοι τὸ, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*, οὐχ ὡςπερ ἂν εἴ τις ὑπονοῆσαι τυχεῖν, ὅτι συνεργὸς μὲν γὰρ καὶ συμπαραστάτης ἐστὶ Θεός, ἀλλ' ὅτι μεθ' ἡμῶν, τοῦτ' ἐστὶν εἰς ἐξ ἡμῶν. Ἀνθρώπος μὲν γὰρ γέγονεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἐν τούτῳ πάντες διασεσώσμεθα, καὶ διεβρῆξαμεν τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀμαρτίας ἀπεδυσάμεθα φθορὰν, ἐπεὶπερ καταβίβηκεν εἰς ἡμᾶς, καὶ μεθ' ἡμῶν γέγονεν ὁ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων Θεὸς Λόγος. Ὅσπερ οὖν ἐν τούτῳ νοοῦμεν τὸ, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὴν αὐτὴν ἡμῖν γέγονε φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγος, οὕτω κἀνθάδε τὴν ἴσην τοῖς θεωρήμασιν ἀναλογίαν

46 Psal. LXXII, 24.

(1) Deesse videtur γέγονεν, ut sententia constet, ut postea.

ἀποσώζοντες, ὅταν λέγῃ Χριστός· « Ὁ πέμψας μετ' ἑμοῦ ἐστι, καὶ οὐκ ἀφῆκέ με μόνον, » ἐκδεξόμεθα σαφῶς ἐκεῖνο σημαίνοντα μυστικῶς, ὅτι, καθάπερ ἤδη προείπομεν, εἰς τὴν αὐτὴν μοι φύσιν ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ οὐκ ἀφῆκέ με μόνον. Καὶ γὰρ ἦν ὄντως ἀμήχανον, μὴ οὐχὶ πάντως ἔχειν μετ' ἑμαυτοῦ τὸν ἐξ οὗ γεγέννηται Θεὸν καὶ Πατέρα. Καὶ ἴσως ἔρεῖ τις, καὶ διερωτήσῃ φιλομαθέστερον, διὰ ποῖαν αἰτίαν αὐτὸς τὰ τοιαῦτά φησιν ὁ Σωτὴρ, ἢ τί τὸ πεπεικὸς ἐπὶ ταύτῃ αὐτὸν ἰέναι τὴν ἐξήγησιν; Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα καὶ ἡμεῖς ἀπολογησόμεθα χρησίμως, καὶ ἀναγκαιῶς ἐπιδεικνύντες αὐτὸν τοῖς ἤδη προειρημένους ἐπιτιθέντα καὶ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ εἰρηκεν, ὅτι Καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ Πατὴρ ταῦτα λαλῶ, ἀναγκαιῶς ἤδη συνόντα τε καὶ ὁμοούσιον ἑαυτῷ δεικνύει τὸν Πατέρα, ἵνα πιστεύηται λοιπὸν τὰ ἐκείνου λαλῶν ὡς Θεὸς τὰ ἐκ Θεοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς φυσικῆς τοῦ γεννησαντος ἰδιότητος ἐπὶ τὸ λέγειν τὰ θεοπρεπῆ παραορμώμενος, καθάπερ τὰ ἀνθρώπων τέκνα μάθησίν τινα παρὰ τῆς φύσεως ἀδίδακτον ἔχοντα, καθάπερ ἐν τοῖς ἀνωτέρω προειρήκαμεν, οἶδεν ἀληθῶς τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια. Οὐ σκανδαλιστέον τοιγαροῦν, ὅταν τι λέγῃ μαθεῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· οὐ γὰρ διὰ ταύτην ἔσται τὴν αἰτίαν ἐλάττων αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἐκφυλός τις κατ' ἐκείνους εὐρεθήσεται· καὶ λογισμῷ τοιῶδες τὸ πρᾶγμα παρασκευώμεθα. Οὐ γὰρ ἐν τῷ εἶδέναι τι τυχόν, ἢ μὴ εἶδέναι ὁ τῆς οὐσίας δοκιμάζεται λόγος, ἀλλ' ἐν τῷ τί ἕκαστον κατὰ φύσιν ἐστίν. Οἷον φέρε εἰπεῖν, Παῦλος ὑποκείσθω καὶ Σιλουανός· καὶ ὁ μὲν Παῦλος ἴστω καὶ πεπαιδευσθῶ τελειῶς τὸ ἐπὶ Χριστῷ μυστήριον· Ἐλαττον δὲ πως ἢ κατὰ τὸν Παῦλον ὁ Σιλουανός. Ἄρ' οὖν οὐχ ὅμοιοι κατὰ τὴν φύσιν, ἢ ὑπερέξει κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὁ Παῦλος τὸν Σιλουανόν, ἐπειπερ ἔγνω μειζόνως ἢ κατ' ἐκείνον τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος; Ἄλλ' οὐδένα ληρεῖν εἰς τοσοῦτον ὑπολαμβάνω, ὡς νομίσαι ποτὲ διηλλάχθαι τὴν φύσιν αὐτοῖς διὰ τὸ ἐν γνῶσει μείζον ἢ ἔλαττον. Ὅτε τοίνυν οὐκ ἐν τῷ τι μαθεῖν ἢ διδάξει τὰ τῆς οὐσίας ἀκριδῶς δοκιμάζεται, καθάπερ εἰρήκαμεν, οὐδὲν ἀδικῆσει τὸν Υἱὸν εἶναι κατὰ φύσιν Θεόν, ὅταν τι λέγῃ καὶ μαθεῖν παρὰ τοῦ ἰδίου Πατρὸς. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοουσιότητος ἐξοιχῆσεται, μένει δὲ πάντως ὅπερ ἐστὶ, τοῦτ' ἐστὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός. Ἄλλ' ἴσως ἔρεῖς· Πῶς οὖν ἐν γνῶσει μείζων ὁ Πατὴρ; Διὰ γὰρ τοῦτο μὲν ἤδη διὰ πολλῶν ἀπεδείξαμεν λόγων ὅτι μαθησεως καὶ διδασκαλίας ἀπροσδεῆς ἢ σοφία τοῦ Πατρὸς, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τούτῳ συνεύροντες λογισμοὺς, εἰς ἄμετρον δυσπραμίαν καταστρέφοντα τὴν λόγον ἐξηλέγχωμεν.

Εἰτά σοι κακεῖνο πρὸς τούτοις εἰπεῖν ἀναγκαῖον ἤδη φαίνεται, ὅτι σπουδῆ τῷ Υἱῷ καὶ πολλῇ λίαν ἢ ἐπιτήρησις πρὸς τὸ κολοθεῖν αἰετὶ τὸ ἴδιον ἀξίωμα, καὶ οὐ σφόδρα θεοπρεπῶς διαλέγεσθαι διὰ τὴν τοῦ δούλου μορφήν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν δι' ἡμᾶς ἀναληφθεῖσαν ταπεινώσιν. Ποῦ γὰρ καταβέβηκεν, ἢ ἐκ ποίων εἰς οἷα μετέστη λοιπὸν, εἰ μὴ λαλεῖ τι καὶ ὑποβεθηκότως καὶ τῆς θεοπρεποῦς δόξης οὐ λίαν ἐπαξίως; Διὰ γὰρ τοιούτων πολλάκις, καὶ ἄπερ οἶδεν ὡς Θεός, ἀγνοεῖν ὡς ἄνθρωπος σχηματίζεται. Ὅψει δὲ τοῦτο σαφῶς ἐν ἱστορίᾳ τῇ κατὰ τὸν Ἀζάραρον, τὸν ἐκ Βηθανίας φημί,

A Etenim fieri omnino nequit ut cum mecum non habeam, ex quo genitus sum, Deum ac Patrem. Quæret autem forsitan aliquis, quam ob causam isthæc Servator dicat, aut quid ipsum adedit ut ad id narrandum se conferat? Ad hæc certe respondebimus ostendentes utiliter ac necessario id ante dictis eum adjungere. Quandoquidem enim dixit: Quemadmodum docuit me Pater, hæc loquor, necessario jam secum esse et consubstantialem Patrem ostendit, uti deinceps credatur loqui quæ sunt ejus ut Deus ea quæ sunt Dei, et naturali Genitoris proprietate ad loquendum Deo digna incitatus, non secus ac hominum filii doctrinam a natura citra doctoris operam habentes, ut supra diximus, probe norunt quæ sint humanitatis propria.

B Non est igitur quod quisquam scandalizetur cum quid a Patre discere se ait Filius: nec enim eam ob causam minor erit ipso, sed neque diversi generis ab ipso, ut illi volunt, comperietur: quod quidem hac ratione dispiciamus. Essentiæ ratio non spectatur in eo quod quis aliquid novit, aut non novit, sed in eo quod est quodque natura. Statuamus Paulum et Silvanum exempli gratia; et Paulus quidem sciat perfecte Christi mysterium: Silvanus vero minus quodammodo quam Paulus. An similes non sunt natura, aut ratione essentiæ Silvanum Paulus excedet, quia mysterii altitudinem perfectius quam ille novit? At neminem eo insanitiæ devenisse arbitror 529 ut eos natura differre putet ob majorem vel minorem cognitionem. Cum igitur essentiæ ratio vere non constet in discendo aut docendo, sicuti diximus, nihil vetabit quominus Filius sit secundum naturam suam Deus, licet aliquid dicat etiam a Patre se didicisse. Nec enim idcirco ei consubstantialis esse desinet, sed utique manebit id quod est, hoc est Deus de Deo, et lumen de lumine. Atenim forsitan inquires: Quomodo ergo Pater cognitione major est? Eam enim ob rem docet Filium. Sed repetemus denuo quod multis jam verbis ostendimus, nimirum sapientiam Patris doctrina vel institutione nullatenus indigere, multisque ad id probandum allatis rationibus demonstravimus in immensam blasphemiam eorum doctrinam vergere.

didάσκει τὸν Υἱόν. Ἐροῦμεν δὲ πάλιν ὅτι μάλιστα ἄμετρον δυσπραμίαν καταστρέφοντα τὴν λόγον ἐξηλέγχωμεν.

D Præterea operæ pretium videtur illud tibi inculcare, Filium imprimis suam ipsius dignitatem semper imminuere, neque suam illam Deo dignam majestatem in disserendo multum expromere, propter servi formam, et assumptam inde propter nos humilitatem. Quomodo enim descendit, aut ad humanam conditionem se demisit, nisi loquatur aliquid demisse, divinaque gloria minus dignum? Idcirco enim sæpenumero etiam ea quæ novit ut Deus, ignorare se fingit ut homo. Quod quidem clare videbis in historia Lazari ex Bethania oriundi,

quem triduanum jam et sceleratam revocavit ad vitam<sup>87</sup>. Sed vide mihi expressam in ea re dispensationem. Cum enim sciret Lazarum mortuum esse, idque prædixisset ut Deus discipulis suis, humano more sciscitabatur, his verbis : « Ubi posuistis eum<sup>88</sup>? » O rem admirabilem! Qui procul a Bethania degebat, neque tamen ignorabat, utpote Deus, mortuum esse Lazarum, quomodo quærebatur ubinam esset ejus monumentum? At respondebis utique, si sapis, eum dissimulare quærendo, utile nonnihil interea ordinantem. Disce igitur etiam hic denuo ipsum singulari dispensatione atque consilio dicere, quæ novit ut Deus, ea se ediscere a Patre : verum cum nollet Judæorum amentiam vehementius concitari, et rudiorum furorē castigaret, non utitur erga eos oratione usquequaque Deo digna, quamvis ea uti potissimum ipsi conveniat. Sed quoniam ipsum adhuc merum hominem esse putabant, humanis sermonibus deitatis quodammodo temperans dignitatem, demissius utique quam ferat sua conditio, singulari dispensatione consilioque dicit : « Ego quæ placita sunt ei facio semper<sup>89</sup>. » **530** Hic mihi rursus cape solutionem difficultatis, et observare exponi verba illa : « A meipso facio nihil<sup>90</sup>. » Idcirco enim, inquit, testificatus sum me nihil ex meipso facere, cum nuper vos alloquerer, quia solo ego nihil facere quod Deo ac Patri displiceat, neque possum aliquid facere nisi quod Genitori placeat. Manifestum igitur est hoc loco Filium intelligi nihil a seipso facere solum, in eo quod Deo ac Patri placita semper faciat, adeo ut, nisi ita operaretur, faceret aliquid etiam a seipso diversum, hoc est præter voluntatem Patris. Non ergo hic asseveravit se nihil a seipso facere, quasi virtute paterna sit inferior, aut non possit vi propria quidquam ad exitum perducere, sed quia solus velutque disjunctim nihil agat, cum concors, unanimis atque consentiens in quacunque re Genitori suo perseveret. Neque vero in absurdas suspiciones delapsi putabimus Filium in his ostendere virtutem aliquam habitu et prælectione comparatam, verum potius fructum naturæ immutabilis, consultare ad aliquid agendum, hand Deo dignum existimantis : siquidem in creaturis tanquam mutationi in pejus obnoxiiis, fructus animi ad pietatem et virtutem propensi fuerit bonum. In divina vero et omnia supergressa substantia non ita. Quippe decepta omni alteratione et mutatione, fructus erit deinceps substantiæ incommutabilis bonum, veluti in igne calor, aut in nive frigus : neque enim ignis habet propriam efficaciam in voluntate, sed potius naturalem ac substantialem, quæ aliter sese habere non possit, nisi forte nutu et vi ejus a quo creatus est compellatur. Non igitur quemadmodum nos ad placendum et obsequendum Deo ex prælectione ac optione impulsi,

δὴν καὶ παραδόξῳ δυνάμει καὶ θεοπρεπεστάτῃ φωνῇ τετραήμερον ὄντα, καὶ ὀδωδῶτα, λοιπὸν παλινοδρομῆσαι πρὸς ζωὴν παρεσκεύασεν. Ἄλλ' ὄρα μοι τὴν ἐν τῷ πράγματι πεπλασμένην οἰκονομίαν. Εἰδὼς γὰρ ὅτι τέθνηκε Λάζαρος, καὶ τοῦτο προειρηκῶς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, ὡς Θεὸς, ἀνθρωπίνως ἀντεπέθετο, « Πού θεθεῖκατε, λέγων, αὐτόν; » Ἡ παραδόξου πράγματος! Ὁ μακρὰν που τῆς Βηθανίας διαιωόμενος, καὶ οὐκ ἀγνοήσας ὡς Θεὸς, ὅτι τέθνηκε Λάζαρος, πῶς ἐζητεῖ μαθεῖν τὸ μνημεῖον; Ἄλλ' ἔρεις ἄριστά γε φρονῶν, ὡς ὑπεπλάττετο τὴν ἐρώτησιν οἰκονομῶν τι χρήσιμον. Δέχου τοίνυν κἀν τούτῳ πάλιν οἰκονομικῶς, ἅπερ οἶδεν ὡς Θεός, ταῦτα λέγοντα μαθεῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς· παροτρύνεσθαι δὲ οὐκ ἐπιτρέπων μειζρόνως τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν, καὶ τὸν τῶν ἁμαθεστέρων κολάζων θυμὸν, οὐκ ἄκρατον εἰς αὐτοὺς τὸν θεοπρεπῆ λόγον εἰσφέρει, καίτοι πρότερον οὕτω μᾶλλον αὐτῷ διαλέγεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ἀνθρώπου ἔτι καὶ ψιλὸν αὐτὸν ὑπάρχειν ὑπενόουν, τοῖς ἀνθρωποπρεπέσι λόγοις κεράσας ὡς περ τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, μετριώτερον πως ἢ καθ' ἑαυτὸν, οἰκονομικῶς προσλάλει, ὅτι « Ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε. » Δέχου μοι πάλιν κἀν τούτῳ τὴν λύσιν τοῦ δοκοῦντος εἶναι δυσχεροῦς, καὶ περιάθρει σαφῶς διερμηνευόμενον ὀρθῶς τὸ, « Ἄπ' ἑμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν. » Διὰ γὰρ τοῦτο, φησὶν, οὐδὲν ἄπ' ἑμαυτοῦ ποιεῖν διεμαρτυράμεν ὑμῖν ἐναγχος προσλαλῶν, ἐπεὶ περ ἔθος ἔμοι καὶ τριτὴ μὴδὲν ἀπᾶδον ἐργάζεσθαι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, μὴδὲ εἰδέναι τι δρᾶν, εἰ μὴ ἔπερ ἀρέσκει τῷ φύσαντι. Πρόδηλον ὡς ἐν τούτῳ καὶ μόνον τὸ μὴδὲν ἄφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν τὸν Ἰῶν νοηθήσεται, ἐν τῷ τὰ ἀρεστὰ πράττειν ἀπὸ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὡς εἴπερ εἰ μὴ τῶν τοιούτων ἐργάζετο τυχόν, ἔδρασαν ἂν τι καὶ ἄφ' ἑαυτοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸ παρὰ βούλησιν τοῦ γεννήσαντος. Οὐκ ἄρα διὰ τὸ ἡτῆσθαι τῆς πατρῴας ἀρετῆς, οὐδὲ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τι καθ' ὁρθοῦν ἐξ ἰσῆας ἰσχύος, οὐδὲν ἄφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν ἐν τούτοις δι᾽ ἐπιθυμίας, ἀλλ' ἐπείπερ ἰσογνώμων ἔστι καὶ συνεθελήτης ἀπὸ τῷ γεννήσαντι πρὸς πᾶν ὄτιον, καὶ οὐδὲν μελετήσας καταμόνας ὡς περ καὶ διηρημένως ἐπιτελεῖ. Καὶ οὐ δήπου νομιούμεν εἰς ἐκτύπους ἐννοίας κατολισθαίνοντες προαιρετικῆν τινα καὶ ἐκτικῆν ἀρετὴν ἐνδείκνυσθαι τὸν Ἰῶν ἐν τούτοις, φύσεως δὲ μᾶλλον ἀτρέπτου καρπὸν, οὐκ ἀξιούσης τὸ θεοπρεπέος ἐν τῷ τι βουλευέσθαι δρᾶν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν κτισμάτων ἄτε δὴ καὶ τραπέσθαι δυναμένων ἐπὶ τὰ χεῖρω, καὶ μεταβολαῖς ὑπέκειναι ταῖς ἐξ ἀμεινόνων ἐπὶ τὰ αἰσχίονα, καρπὸς ἂν εἴη θεοσεβοῦς τε καὶ φιλαρέτου γνώμης τὸ ἀγαθόν. Ἐπὶ δὲ γε τῆς θείας καὶ τὰ πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας οὐχ οὕτως. Ἀλλοιώσεως γὰρ καὶ τροπῆς ἀπάσης ἐξηρημένης, καὶ τόπον οὐκ ἐχούσης οὐδένα, καρπὸς ἔσται λοιπὸν οὐσίας ἀπαραιοτήτου τὸ ἀγαθόν, ὡς περ οὖν ἀμέλει καὶ ἐν πυρὶ τὸ θερμὸν, ἢ ἐν χιόνι τὸ ψυχρόν· οὐ γὰρ ἐν θελήσει τὸ πῦρ τὴν ἰδὴν ἐνέργειαν ἔχον ὁράται, φυσικῆν δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιώδη, ἐτέρως ἔχειν οὐ δυνάμενον, εἰ μὴ ἄρα ποιεῖν τοῖς τοῦ πεποιηκότος ἐκ-

<sup>87</sup> Joan. xi, 39. <sup>88</sup> ibid. 54. <sup>89</sup> Joan. viii, 29. <sup>90</sup> Joan. viii, 28.

βιάζεται νεύμασιν. Οὐκοῦν οὐ καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλ' οὐδὲ ἕτερον τι τῶν λογικῶν κτισμάτων, ἐκ προαιρέσεως τῆς ἐξαιρέτου διακρατούμενος εἰς τὸ δρᾶν ἐπιγεσθαι τὸ ἀρέσκον Θεῷ καὶ Πατρὶ τὰ τοιαῦτά φησιν ὁ Μονογενής, ἀλλ' ὡς φύσεως ἰδίᾳς θεσμοῖς ἀκολουθῶν καὶ οὐδὲν ἕτερον εἰδῶς φρονεῖν τε καὶ πράττειν, εἰ μὴ τὰ ἐν θελήσει τοῦ γεννηθέντος αὐτόν. Πῶς γὰρ ἂν ὅλως ἢ ὁμοούσιός τε καὶ μία Θεότης αὕτη καθ' ἑαυτῆς διχονοῆσαι ποτέ; ἢ πῶς ἂν τὸ μὴ αὐτῇ φίλον ἐργάσαιτο, τινὸς αὐτὴν ἐφ' ἕτερόν τι παρατρέπαι ἰσχύοντος; Εἰ γὰρ ὑφέστηκεν ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' οὖν εἰς ὕλοτελῆ μερισμὸν ἢ ἀγία καὶ ὁμοούσιος οὐ διασπασθήσεται Τριάς, εἰς μίαν δὲ μᾶλλον Θεότητος φύσιν σύμπαν αὐτῇ ἀναβαίνει τὸ πλήρωμα. Πρὸς δὲ γε τοῦτοις κάκεινο περισκεπτέον, ὡς οὐδεὶς ἂν εἰκότως καθέλοι λόγος τῆς πρὸς τὸν Πατέρα φυσικῆς ταυτότητος τὸν Υἱόν· ἐπέπερ γὰρ ποιεῖν τὰ ἀρεστά αὐτῷ πάντοτε δι᾽ ἰσχυρίαστο, ὁμοούσιος δὲ μᾶλλον ὑπάρχων αὐτῷ, καὶ διὰ τούτου γνωσθήσεται, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινός. Τίς γὰρ ἂν, εἰπέ μοι, φρονήσει τὰ Θεοῦ θεοπροπῶς τε καὶ ἀπαρλλάκτως, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ὑπάρχοι κατὰ φύσιν Θεός; ἢ τίς ἂν ἐπιτελέσαι πάντοτε τὸ ἀρέσκον αὐτῷ, μὴ οὐχὶ τὴν φύσιν ἄβαστον ἔχων τοῖς χεῖροσι, καὶ τὸ ἐξαιρέτον τῆς θείας φύσεως ἀξίωμα λαχὼν, τὸ μὴ εἰδέναι φημί τὸ ἀμαρτεῖν; Περὶ μὲν γὰρ τῶν κτισμάτων εἴρηται· « Τίς καυχῆσεται ἀγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἢ τίς παρήρησάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἀμαρτιῶν; » « Ὁ τε καὶ εἰς ἀκροτάτην ὑπερβολὴν ἀναστίνουσα τὸ εἰρημένον ἢ θεία Γραφή, « Ἄστρα δὲ, φησὶν, οὐ καθαρά ἐνώπιον αὐτοῦ. » Ἄγγελιοι μὲν γὰρ, καίτοι πολὺ τῶν καθ' ἡμᾶς διαλλάττοντες, καὶ στάσιν ἔχοντες ἐδρασιότεραν τὴν εἰς ἀρετὴν, οὐ τετηρήκασιν τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν. Διὰ γὰρ τὸ κατεσπᾶσθαι τινὰς ὅλως ἐκείθεν, καὶ πεσεῖν εἰς ἀμαρτίαν, ὅλη κατηγορεῖται τῶν λογικῶν κτισμάτων ἢ φύσεις ὡς ἀμαρτίας δεκτικῆς, καὶ τροπῆς τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀμοιρεῖν οὐκ ἰσχύουσα. Ζῶν δὲ τὸ ἐπὶ τῆς γῆς λογικόν τε καὶ θεοείκελον οὐδὲ ἐν μακροῖς ἐξώλισθε χρόνοις, ἀλλ' ἐν πρώτῳ πέπτωκε τῷ Ἀδάμ. Οὐκοῦν ἀπειρήται παντελῶς τῇ κτίσει τὸ ἀμετάφορον καὶ ἄτρεπτον, καὶ τὸ ὡσαύτως ἔχειν δύνασθαι φυσικῶς· μόνη γὰρ ἀρμόσει τῷ κατὰ ἀλήθειαν ὄντι Θεῷ. Τοῦτο δὲ ἐν Υἱῷ διαφαίνεται καλῶς· ἀμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, ὡς ὁ Πέτρος φησὶν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Θεὸς οὖν ἄρα, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀμαρτάνειν καὶ τρέπεσθαι μὴ εἰδότης, καὶ τὸ πρέπον τῇ ἰδίᾳ φύσει μὴ ἐκτρέχοντός ποτε. Ὅταν οὖν τὰ ἀρεστά τῷ Πατρὶ ποιεῖν ὁμολογῇ πάντοτε, σκανδαλιζέσθω μηδεὶς, μηδὲ ἐν ἐλάττωσι, ἢ ἐν οἷς ἐστὶν ὁ Πατὴρ, ὑπάρχειν οἰέσθω τὸν ἐξ αὐτοῦ, φρονεῖτω δὲ μᾶλλον εὐσεβῶς, ὡς δὲ Θεὸς ἐκ Θεοῦ ταυτοσργίαν ἀναβαίνει τῷ φύσαντι.

Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

Τὸ μικροπρεπὲς ἐν τῷ λόγῳ πολλάκις ἐπιτηδεύ-

A ita hæc loquitur Unigenitus, sed velut propriæ naturæ legibus insistens, nihilque aliud cogitare aut agere sciens, quam quod in ejus qui genuit ipsum voluntate positum est. Equi enim omnino fieri possit uti consubstantialis et una Deitas ipsa contra seipsam dissideat? aut quomodo aliquid minus sibi gratum faciat, si aliquid eam possit ad aliud quiddam deflectere? Etsi enim proprie ac per seipsum subsistat Deus et Pater, similiter et Filius et sanctus Spiritus, tamen nusquam **531** sancta atque consubstantialis Trinitas in partes omnino distrahetur, sed potius in unam Deitatis naturam tota ejus plenitudo concedit. Ad hæc illud etiam considerandum venit, nulla prorsus ratione Filium posse a naturali cum Patre identitate abstrahi: quia enim ei placita se facere passim confirmavit, ex hoc magis ei consubstantialis esse, et Deus ex Deo verus ac secundum naturam comperietur. Age enim, quis Deo convenienter et digne quæ Dei sunt sapit, et eadem cum ipso prorsus ratione, nisi et ipse sit secundum naturam Deus? Aut quis placitum ei ubique perfecerit, nisi natura fretus deterioribus impervia, et eximiam naturæ divinæ prærogativam sortitus, nimirum non posse peccare? De creaturis enim dictum est: « Quis gloriabitur castum se habere, aut quis jactabit mundum se esse a peccatis<sup>91</sup>? » Quod Scriptura divina mirifice amplificans, « Stellæ autem, inquit, non sunt mundæ in conspectu ejus<sup>92</sup>. » Angeli quippe, tametsi nobis multo præstantiores et longe firmiori ad virtutum statu præditi, non servarunt tamen suum principatum. Et ex eo quod nonnulli hinc dejecti sunt, et in peccatum corruerunt, universa intellectuum creaturarum natura peccati capax, nec mutationis in pejus expers arguitur. Animal autem illud terrenum rationis compos et Deo simile non diu stetit, sed in primo Adam cecidit. Igitur creatura nequaquam est immutabilis et invariabilis, neque eadem manere potis natura, sed uni et soli secundum veritatem Deo id competit. Hoc autem in Filio luculenter cernitur, quippe qui peccatum non fecit, nec in ejus ore inventus est dolus, sicuti Petrus ait<sup>93</sup>. Deus igitur et ex Deo secundum naturam Filius, eoque peccati nescio, et qui quod suæ naturæ convenit nusquam egreditur. Ideoque cum placita Patri se facere ubique constet, nemo scandalizetur, neque minore loco quam quo Pater est, ipsum esse putet qui ex illo est, sed pie potius sentiat ipsum ut Deum de Deo secundum naturam in idem velle, et, ut ita loquar, in idem operari cum Genitore suo concedere.

κατὰ φύσιν εἰς ταυτοβουλίαν, καὶ ἔν' οὕτως εἶπω, VIII, 50. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Loquendi genus humile Christum sæpius affe-

<sup>91</sup> Prov. xv, 9. <sup>92</sup> Job xxix, 5. <sup>93</sup> I Petr. ii, 22.

Nihil aliud hic innuere velle Dominum quispiam simpliciter dixerit, nisi se suis manifestum fore, æque credentibus in eum largiturum esse sine labore sui cognitionem, et se suos agniturum esse, non inutile utique cognosci, quibus id forte obtigerit, insinuans. **652** Quid enim melius dicemus quam innotescere Deo? Sed cum id quod dictum est subtiliorem requirat indaginem, maxime quia additum est: « Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem: » age verborum istorum sensum expendamus. Neque enim opinor quisquam dicere ausit, posse quemquam talem de Christo percipere notitiam, qualis forte sit in Deo et Patre de eo. Solus enim Pater novit suam genituram, et cognoscitur a sola genitura. « Nemo enim novit Filium nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Filius, » secundum ipsius Servatoris vocem <sup>88</sup>. Quod enim et Deus sit Pater et Filius similiter verus Deus, scimus atque credimus: quid vero sit secundum substantiam ineffabilis illa natura prorsus supra nostrum et aliarum intellectualium creaturarum captum est. Quomodo igitur sciemus eodem modo quo Pater Filium? Despiciendum enim quomodo cogniturum ipse nos affirmet, cognitum vero iri a nobis, sicut ipse Patrem novit, et Pater ipsum. Exactius itaque inquirendum quo pacto nos a proposito non alienam explicationem huic dicto accommodemus; ego quidem quod in mentem venit non reticebo, quod tamen liberum sit volentibus accipere. Puto enim hic cognitionem dicere, non duntaxat scientiam, sed necessitudinem et conjunctionem, sive eam quæ secundum genus est et naturalem, sive eam quæ tanquam in participatione est honoris et gratiæ. Notos igitur Græci vocare solent, non tantum genere propinquos, sed et fratres consanguineos; quod autem Scriptura sacra cognitionem pro necessitudine et conjunctione accipiat, hinc intelligemus. Ait enim alicubi Christus de iis qui minime ipsi conjuncti sunt: « Multi dicent mihi in illa die, iudicii nimirum: Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus, et dæmonia ejecimus? Tunc confitebor eis: Amen dico vobis, nunquam novi vos <sup>89</sup>. » Atqui si notitia nobis solam significaret scientiam, quomodo ignoraret aliquos, qui omnia habet nuda et aperta in oculis suis, quemadmodum scriptum est <sup>90</sup>, quique omnia novit antequam fiant <sup>91</sup>. Ergo non solum absurdum, sed etiamnum impium est suspicari Dominum ignorare aliquos, quinimo potius existimandum est eum dicere nullam secum prorsus similitudinem ac relationem habere. Non enim, inquit, novi eos amantes virtutis, non verbi mei cultores ac retinentes, sed neque bonorum actionum conjunctione

*Και γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκουσι με τὸ ἐμὰ. Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατήρ, καὶ γὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.*

Ἀπεριεργότερον μὲν ἐπὶ τούτῳ φαίη τις ἂν ἕτερον οὐδὲν βεβουλησθαι καταστημῆναι τὸν Κύριον, ἢ ὅτι σαφῆς μὲν αὐτὸς ἔσται τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἀταλαίπωρον χαριεῖται τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν, ἐπιγνώσεται δὲ καὶ αὐτὸς τοὺς ἰδίους, οὐκ ἀνόητον δηλονότι τὸ γινώσκεισθαι καθιστάς τοῖς τοῦτο δὴ λαχοῦσι. Τί γὰρ ἐρούμεν τὸ ἄμεινον τοῦ γινώσκεισθαι Θεῶ; Ἐπειδὴ δὲ πικροτέραν ἐφ' ἑαυτῶ τὴν βάσανον ἐξαιτεῖ πως τὸ εἰρημένον διὰ τὸ προσκεῖσθαι μάλιστα, « Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατήρ, καὶ γὼ γινώσκω τὸν Πατέρα » φέρει πρὸς αὐτὴν ἰσχυρὰ τοῦ προκειμένου τὴν ἔννοιαν. Οὐ γὰρ, οἶμαι, τίς ἐρεῖ τῶν ἐβρωμένων ἐχόντων τὸν νοῦν κατισχύσαι τῶν ὄντων τινὰ τοιαύτην δύνασθαι λαβεῖν περὶ Χριστοῦ τὴν γνῶσιν, ὅποια περ ἂν εἴη τυχὸν ἢ ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ περὶ αὐτοῦ. Μόνος γὰρ οἶδεν ὁ Πατήρ τὸ ἴδιον γέννημα, γινώσκειται δὲ ὑπὸ μόνου τοῦ ἰδίου γεννήματος. « Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ, οὐδ' ἂν τὸν Πατέρα τις οἶδε τίς ἐστιν εἰ μὴ ὁ Υἱός, » κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Ὅτι μὲν γὰρ Θεὸς ὁ Πατήρ καὶ Θεὸς ὁμοίως ἀληθινὸς ὁ Υἱός, ἴσμεν τε καὶ πεπιστεύκαμεν · τὸ δὲ τί κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἡ ἀρρήτος φύσις, ἀνεφίκτων παντελῶς ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις λογικοῖς κτίσμασι. Πῶς οὖν ἰσομέτρως εἰσόμμεθα τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν; Ἀθροτέον ὅπως ἐπιγνώσεσθαι μὲν αὐτὸς ἡμᾶς διίσχυρίζεται, ἐπιγνωσθήσεσθαι δὲ παρ' ἡμῶν ὡς οἶδεν αὐτὸς τὸν Πατέρα, καὶ ὁ Πατήρ αὐτόν. Οὐκοῦν ἐπεξεργαστέον, καὶ τίνα τοῖς εἰρημένοις ἐφαρμόσωμεν θεωρίαν, οὐκ ἀπὸ τοῦ προκειμένου φέρουσαν σκοποῦ · ζητητέον δὲ τὸ γὰρ ἦκον εἰς νοῦν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἀποκρύψομαι, τοῖς γὰρ μὴ ἐθέλουσιν ἔστω παραδεκτόν. Οἶμαι γὰρ ὅτι τὴν γνῶσιν ἐν τούτοις οὐκ ἀπλῶς τὴν εἰδῆσιν λέγει, δέχεται δὲ μᾶλλον ἀντὶ τῆς οικειότητος, ἥτοι τῆς κατὰ γένος, καὶ φυσικῆς, ἢ τῆς ὡς ἐν μετέξει χάριτος καὶ τιμῆς. Γνωστοὺς οὖν ἔθος ἀποκαλεῖν τοῖς Ἑλλήνων παισὶν οὐχ ὅπως τοὺς κατὰ γένος οικειοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁμαίμους ἀδελφούς · ὅτι δὲ καὶ ἡ θεία Γραφή γνῶσιν οἶδε τὴν οικειότητα, διὰ τούτων εἰσόμμεθα. Λέγει γὰρ ποῦ Χριστὸς περὶ τῶν οὐδαμόθεν οικειωθέντων αὐτῷ · Πολλοὶ ἐρούσι μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τῆς κρίσεως δηλονότι · Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῶ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν, καὶ δαίμονας ἐξεβάλομεν; Τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι Ἄμην λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδέποτε ἔργων ὕμας. » Ἄλλ' εἴπερ ἡ γνῶσις μόνην ἡμῖν κατασημαίνει τὴν εἰδῆσιν, πῶς ἔγνωσε τῶν ὄντων τινὰς ὁ πάντα ἔχων γυμνὰ καὶ τετραχλησιμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται · ὁ καὶ πρὶν γενέσεως πάντα εἰδώς. Οὐκοῦν ἀνόητον κομιδῇ μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ δυσσεβὲς τὸ ἀγνοῆσαι τινὰς ὑποδοῦναι τὸν Κύριον, οἰησόμεθα δὲ μᾶλλον εἰπεῖν αὐτὸν ὡς οὐδαμόθεν τὴν οικειότητα τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ σχέσιν ἐπάγονται. Οὐκ οἶδα γὰρ, φησὶ, γεγονότας ἑραστάς ἀρετῆς, οὐ τὸν ἐμὸν τιμῆ-

<sup>88</sup> Matth. xi, 27. <sup>89</sup> Matth. vii, 22, 23. <sup>90</sup> H. br. iv, 15. <sup>91</sup> Dan. xiii, 42.



σαντας λόγον, ἀλλ' οὐδὲ συναφθέντας ἐμοὶ διὰ πρᾶ-  
 ξων ἀγαθῶν. Ἀκολούθως τίς ἂν νοήσῃ καὶ ἐπὶ τοῦ  
 πανσόφου Μωσέως, ὅταν πρὸς αὐτὸν λέγῃ Θεός·  
 «Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὔρες παρ' ἐμοῦ,»  
 ἀντὶ τοῦ, Ἐν οικειότητι τῇ ὑπὲρ πάντας ἐτέθης παρ'  
 ἐμοί, καὶ πολλὴν ἐπορίσω τὴν χάριν· καὶ οὐκ  
 ἀναμρῶντες τὸ καὶ εἰς εἰδήσεως δύνανται λαμβάνεσθαι  
 τὰ τοιαῦτά φαμεν, ἀλλὰ τρόπον τοῖς θεωρημασιν  
 ἐπινοοῦντες τὸν πρεπωδέστερον. Οὐκοῦν «Γινώσκω,  
 φησὶ, τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσχομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν.  
 Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατήρ, καὶ γὼ γινώσκω τὸν  
 Πατέρα,» ἀντὶ τοῦ, Προσοικειωθήσομαι τοῖς προ-  
 βάτοις τοῖς ἐμοῖς, οικειωθήσεται δέ μοι τὰ πρόβατα  
 τὰ ἐμὰ, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καθ' ὃν ἐμοὶ μὲν  
 οικεῖός ἐστιν ὁ Πατήρ, ἐγὼ δὲ αὐτὸν πάλιν οικεῖός ἐμι-  
 τῷ Πατρί. Ὅνπερ γὰρ τρόπον οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ Πα-  
 τὴρ γνησίαν ἔχων ὠδίνα τὸν ἴδιον Υἱὸν, καὶ καρπὸν  
 τῆς οὐσίας αὐτοῦ, οἶδε δὲ πάλιν ὁ Υἱὸς Πατέρα κατὰ  
 ἀλήθειαν ἔχων τὸν Θεόν, ἅτε δὴ γεννητὸς ὑπάρχων  
 ἐξ αὐτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς τρόπον προσοικει-  
 ωθέντες αὐτῷ, γένος αὐτοῦ χρηματίζομεν, καὶ  
 κεκλήμεθα τέκνα, κατὰ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ,  
 «Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός.»  
 Γένος δὲ καὶ γνησίον ἐσμεν, καὶ χρηματίζομεν τοῦ  
 Υἱοῦ, καὶ δι' αὐτὸν τοῦ Πατρὸς, ἐπεὶ περ ὑπάρχων ἐκ  
 Θεοῦ Θεὸς μονογενὴς ἄνθρωπος γέγονε, τὴν αὐτὴν  
 ἡμῖν φύσιν ἀναλαβὼν, εἰ καὶ διχα πάσης ἀμαρτίας.  
 Ἐπεὶ πῶς γένος ἐσμεν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τίνα δὲ τρό-  
 πον θείας φύσεως κοινωνοί; Οὐ γὰρ ἐν μόνῳ τῷ  
 ἐθελῆσαι Χριστὸν εἰς οικειότητα λαβεῖν ἡμᾶς τὸ τῆς  
 καυχήσεως ἔχομεν μέτρον, ἀλλ' ἐπαληθεύεται πάλιν  
 ἡμῖν ἡ τοῦ πράγματος δύναμις. Θεία μὲν γὰρ φύσις  
 ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ μετὰ σαρκὸς, ἡμεῖς δὲ γένος  
 αὐτοῦ, καίτοι κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ, διὰ τὸ τὴν αὐ-  
 τὴν ἡμῖν σάρκα λαβεῖν. Οὐκοῦν ἐμπερὴς ὁ τῆς οικει-  
 οτήτος τρόπος. Ὡς γὰρ ὀκλειῶται μὲν αὐτὸς τῷ  
 Πατρὶ, ὀκλειῶται δὲ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως ὁ  
 Πατήρ αὐτῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ καθὼς γέγονεν  
 ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς δὲ ἡμῖν. Δι' αὐτοῦ δὲ ὡς διὰ  
 μεσίτου τῷ Πατρὶ συναπτόμεθα. Μεθόριον γὰρ ὡσπερ  
 τι θεότητός τε τῆς ἀνωτάτου, καὶ ἀνθρωπότητός ἐστιν  
 ὁ Χριστὸς, ἐν ταυτῷ τε ὢν τὰ ἀμφοτέρα, καὶ οἶον  
 συνέχων ἐν ἑαυτῷ τὰ τοσοῦτον διωκισμένα, καὶ  
 συνάπτεται μὲν ὡς φύσει Θεὸς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ,  
 ἀνθρώποις δὲ πάλιν ὡς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος.  
 Ἄλλ' ἴσως ἔρεῖ τις· Οὐχ ὁρᾷς, ὦ ἄνθρωπε, ὅποι ποτὲ  
 πάλιν ὁ οὐδὲ ἀποκινδυνεύει λόγος; Εἰ γὰρ καθὼς γέ-  
 γονεν ἄνθρωπος γινώσκειν αὐτὸν οἰησόμεθα τὰ αὐ-  
 τοῦ, τοῦτ' ἐστίν, ἔλθειν εἰς οικειότητα τῶν προβάτων  
 αὐτοῦ, τίς ἐξω μένει τῆς ἀγέλης; Ἔσονται γὰρ  
 οικεῖοι σύμπαντες καθὼς καὶ ἄνθρωποι, καθάπερ αὐ-  
 τός. Τί οὖν ἐν τῷ λέγειν ἐστὶ τὸ περισσὸν τὰ ἐμὰ;  
 τί δὲ τοῖς ὄντως αὐτοῦ τὸ ἐξαιρετόν; Εἰ γὰρ πάντες  
 οικεῖοι διὰ τὴν ἤδη προειρημένην αἰτίαν, τί τοῖς  
 γνωρίμοις ἔσται τὸ πλεῖον; Πρὸς τοῦτ' ὅτι φαμεν,  
 ὅτι κοινὸς μὲν ἅπασιν καὶ τοῖς ἐγνωκόσιν αὐτὸν, καὶ  
 τοῖς ἀγνοήσασιν ὁ τῆς οικειότητος τρόπος· γέγονε

**653** mihi devinctos. Eodem modo et ad sapien-  
 tissimum Mosen dictum est : « Scio te præ omni-  
 bus, et gratiam invenisti apud me \*\*, » pro eo  
 quod est, Præ omnibus mihi conciliatus es, et  
 magnam nactus es gratiam : quæ quidem dico, non  
 quod inficias ire velim notitiam etiam significa-  
 tione scientiæ accipi, sed ut modum, quam maxi-  
 me fieri potest convenientem conceptibus, excogi-  
 tem. Igitur, « Cognosco, inquit, meas, et cognos-  
 cunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego  
 agnosco Patrem \*\*, » hoc est, Familiaris sum  
 meis ovibus, et mihi oves meæ conjungentur eo  
 modo quo mihi conjunctus est Pater, et ego vi-  
 cissim conjunctus sum Patri. Quo enim modo no-  
 vit Deus et Pater suum ingenuum ac germanum  
 fetum, habens proprium Filium ac fructum sub-  
 stantiæ suæ; et rursus, novit Filius Patrem, eum  
 revera Deum habens, tanquam qui ex eo genitus  
 est, eodem modo et nos familiares ei facti, ge-  
 nus ejus audimus et vocamur, quemadmodum ab  
 illo dictum est : « Ecce ego et pueri quos dedit  
 mihi Deus \*\*. » Verum autem genus sumus Filii  
 ac dicimur \*\*, ac propter eum, Patris, quandoqui-  
 dem existens ex Deo Deus unigenitus, homo fac-  
 tus est, eadem nobiscum natura assumpta, citra  
 tamen omne peccatum. Si quidem quomodo genus  
 sumus Dei, aut qua ratione divinæ naturæ parti-  
 cipes \*\* ? Nec enim in eo solo quod voluerit Chri-  
 stus nos in affinitatem accipere, gloriationis mo-  
 dum habemus, sed vis ipsa rei vere nobis compe-  
 tit. Divina quippe natura Dei Verbum etiam cum  
 carne, nos vero genus ejus, quamvis sit secun-  
 dum naturam Deus, quod eandem nobiscum car-  
 nem assumpserit. Itaque similis est conjunctionis  
 modus. Ut enim conjunctus est ipse Patri, et con-  
 junctus est per identitatem naturæ Pater ipsi, sic  
 et nos ei, in quantum homo factus est, et ipse  
 nobis. Per eum autem tanquam per mediatorem  
 Patri conciliamur. Quippe Christus est veluti  
 quoddam divinitatis et humanitatis interliminium  
 in uno eodemque existens utrumque, et veluti com-  
 prehensens in seipso ea quæ tantopere sunt dissi-  
 ta, et conjungitur quidem tanquam natura Deus  
 Deo et Patri : rursus et hominibus tanquam secun-  
 dum veritatem homo. Sed dicet forsitan aliquis :  
 Nonne vides quodnam te demum in periculum  
 conjicias ? **654** Si enim quatenus homo factus est  
 ipsum suas agnoscere putabimus, hoc est in fa-  
 miliaritatem ovium suarum venire, quisnam extra  
 gregem manet ? Erunt universi familiares, quate-  
 nus homines, sicut ipse. Quid ergo eximii est  
 quod ait, meæ ? aut quid ultra cæteras est ejus ovi-  
 bus ? Nam si omnes conjuncti propter causam  
 ante dictam, quid noti plus habituri sunt ? Ad  
 hoc respondemus communem quidem esse omnibus,  
 tum qui noverint ipsum, tum qui ignoraverint,  
 conjunctionis modum : factus est enim homo,

\*\* Exod. xxxii, 12. \*\* Joan. x, 14. \*\* Isa. viii, 18. \*\* Act. xvii, 29. \*\* II Petr. i, 4.

non gratificatus privatim quibusdam, aliis non A  
item, sed universam naturam lapsam miseratus. Sed nihil profuturus est ille conjunctionis modus, contumacia et rebellione in eum peccantibus; contra diligentibus eum tanquam præmium aliquod singulare attribuetur. Quo enim modo resurrectionis ratio pertinet quidem ad omnes propter resurrectionem Servatoris, qui secum totam naturam humanam suscitavit, nec tamen id quidquam proderit peccati amantibus, quippe qui ad inferos ibunt præcipites, vita in hoc duntaxat ut puniantur recuperata; magno contra usui erit iis qui vitam virtuti consentaneam exercuerint, quia ad participatum honorum captum mentis superantium resurrectionem accipient: eodem modo opinor conjunctionis rationem ad omnes bonos ac malos pertinere, sed non æqualiter omnibus inesse, sed iis qui credunt in eum veræ cognationis et prærogativæ omnis ei debitæ causam, secus facientibus ingratitude ac impietatis gravissimum crimen existere. Et de his quidem nos ista, quibus meliora excogitare cuivis liberum esto. Cæterum animadvertendum est quomodo sermo verus simul ac certa dispositione sibi constans sit, in suo et convenienti ordine rebus positus. Non enim dixit: Cognoscunt me meæ, et cognosco meas, sed seipsum priorem infert cognoscentem suas oves, deinde sic seipsum cognitum iri ab eis ait. Sumpta vero cognitione pro scientia, sicuti principio diximus, hoc ferme modo intelliges: Non nos ipsum cognovimus primi, cognovit nos vero primus ipse. Paulus quippe scribens iis qui ex gentibus erant, tale quid ait: « Propter quod memores estote vos gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta, quia eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo; nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, facti 655 estis prope in sanguine Christi 67. » Ex immensa enim benignitate seipsum gentibus Christus obtulit, et præcognovit potius quam cognitus est a nobis. At vero accepta cognitione pro conjunctione et affinitate, rursus illud dicimus: Non nos recepimus, sed qui ex Deo Deus unigenitus est: nec enim nos apprehendimus deitatem quæ supra naturam est, sed ipse qui natura Deus est semen Abrahamæ apprehendit, quem admodum Paulus ait 68, et factus est homo, ut fratribus assimilatus per omnia, in conjunctionem accipiat eum, qui non habet eam a seipso, nempe hominem. Itaque necessario nos ipse prius nosse ait, deinde et nos ipsum.

X, 15. *Et animam meam pono pro ovibus.*

Spondet deinceps se paratum esse omni modo propugnare et periclitari tanquam pro suis pro-

67 Ephes. 11, 11-13. 68 Hebr. 11, 16, 17.

γὰρ ἄνθρωπος, οὐ χαριζόμενος ἀνὰ μέρος τισί, τισὶ δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ὄλην πεσοῦσαν ἐποικτείρας τὴν φύσιν. Ὅνῃσιν δὲ οὐδὲν ὁ τῆς οικειότητος τρόπος τοὺς διὰ τῆς ἀπειθίας ὑβρίζοντας, ἀπονεμηθήσεται δὲ μᾶλλον καθάπερ γέρας ἐξαιρετόν τοις ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος διήκει μὲν ἐπὶ πάντας, διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν, ὄλην ἑαυτῷ συνανιστῶντος τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ὠφελῆσει δὲ οὐδὲν τοὺς φιλαμαρτήμονας, κατοικήσουσιν γὰρ εἰς τὸν ἄδην ἐπὶ μόνῳ τῷ χρῆματι κολάζεσθαι τὸ ἀναβιδιώνα δεχόμενοι, τοῖς γε μὴν τὸν ἐξαιρετόν ἡσκηκόσι βίον πρὸς ὠφελείας ἔσται πολλῆς. Ἐπὶ γὰρ μετουσίᾳ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν λήφονται τὴν ἀνάστασιν, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸν τῆς οικειότητος λόγον ἔχει μὲν ἐπὶ πάντας πονηροῦς τε καὶ ἀγαθοῦς, μὴ μὴν ἐν ἴσῳ ὑπάρχειν πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν συγγενείας ἀληθοῦς, καὶ τῶν ταύτην χρεωστουμένων ἀφορμῆν, τοῖς δὲ μὴ τοιοῦτοις ἀχαριστίας τε καὶ ἀνοσιότητος ἐγκλημα χαλεπώτατον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τούτοις ἡμεῖς διανοεῖσθαι δὲ τις τὰ τελεώτερα. Ἐπιτηρητέον δὲ γε μὴν ἕως ἔστιν ἀληθῆς τὸ ὅμοι καὶ ἀσφαλῆς ὁ λόγος, οὗ γὰρ διαφορῆσας περὶ αὐτὸν ὁρᾶται, ἀλλ' ἐν τάξει τῆς οικείας καὶ πρεπωδεσάτης τῶν πραγμάτων ἕκαστα τιθεῖς. Οὐ γὰρ ἐφη· Γινώσκει με τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐγνωκότα πρότερον εἰσφέρει τὰ ἴδια πρόβατα, εἰδ' οὕτως γνωσθήσεσθαι φησὶ παρ' αὐτῶν. Ἐκληθῆσθαι δὲ τῆς γνώσεως ἐπὶ μὲν τῆς εἰδήσεως, ὡς περ οὖν ἐλέγομεν ἐν ἀρχῇ, τοῖσδὲ πως νοήσεις. Οὐχ ἡμεῖς αὐτὸν ἐπεγνωκάμεν πρῶτοι, ἐπέγνω δὲ ἡμᾶς πρῶτον αὐτός. Καὶ γοῦν ὁ Παῦλος τοῖς ἐξ ἔθνῶν ἐπιστελλῶν τοιοῦτόν τι φησὶ· « Διὸ μνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ τῇ λεγομένη ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπῆλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγύς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Ἐξ ἀμετρῆτου γὰρ ἡμερότητος ἑαυτὸν τοῖς ἔθνεσι προσάγοχεν ὁ Χριστὸς, καὶ προσέγνω μᾶλλον, ἢ ἐγνωσθῆ παρ' ἡμῶν. Εἰς δὲ γε τὴν οικειότητα καὶ συγγένειαν νοουμένης τῆς γνώσεως, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, οὐχ ἡμεῖς ἠρξάμεθα τοῦ πράγματος, ἀλλ' ὁ ἐκ Θεοῦ Θεὸς μονογενῆς· οὐ γὰρ ἡμεῖς ἐπεδραξάμεθα τῆς ὑπὲρ φύσιν θεότητος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ φύσει Θεὸς σπέρματος Ἀβραάμ ἐπελάβετο, καθά φησιν ὁ Παῦλος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθεῖς κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, πρὸς οικειότητα λάβῃ τὸν οὐκ ἔχοντα ταύτην ἐξ ἑαυτοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸν ἄνθρωπον. Οὐκοῦν ἀναγκαίως αὐτὸς ἡμᾶς προεγνωκέναι φησὶν, εἰδ' οὕτως ἡμᾶς αὐτόν.

*Καὶ τὴν ψυχὴν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.*

Ὡς ὑπὲρ οικείων ἦδη καὶ συγγενῶν ἠδὲ τρέπισται μὲν εἰς τὸ παντὶ μὲν ὑπερασπίζειν τρόπον, καὶ κατ-

επαγγέλλεται καὶ προκινδυνεύειν μὲν ἐτοίμως, συν-  
ιστάς ἐν ταυτῷ διὰ τῆς ἐπαναλήψεως ὅτι περ αὐτὸς  
ὄντως ἐστὶν ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς λύκοις  
ἀνέντες τὰ πρόβατα, καὶ δειλοὶ καὶ μισθωτοὶ διὰ  
τοῦτο καὶ μάλα κατωνομάσθησαν· ὁ δὲ ἐπεὶ περ ἔγνω  
τοσοῦτον αὐτῶν ὑπεραγωνίσασθαι δεῖν, ὡς μηδὲ αὐτὸν  
καταναρκῆσαι τὸν θάνατον, ἐυλόγως ἂν δὴ νοοῖτο ποι-  
μὴν ὁ καλός. Λέγων δὲ, ὅτι· «Τίθημι τὴν ψυχὴν μου  
ὑπὲρ τῶν προβάτων,» ἐπεὶ περ εἶμι ὁ ποιμὴν ὁ κα-  
λός, ὑποπλήττει τὸν Φαρισαῖον, καὶ δίδωσι πως ἐν-  
νοεῖν ὅτι τοσοῦτον ἐμπαροινῆσει ποτὲ, καὶ εἰς τοῦτο  
μανίης τῆς ἐπ' αὐτῷ κληθῆσεται, ὡς θανάτῳ περι-  
βαλεῖν ὃν ἤκιστα μὲν τοῦτο πάσχειν ἐχρῆν, ἐπαίνου  
δὲ μᾶλλον παντὸς ἀξιοῦσθαι καὶ θαύματος αὐτῶν τε  
ὧν εἰργάζετο χάριν, καὶ τῆς ἐν τῷ ποιμαίνειν ἐυ-  
τεχνοῦς ἐπιστήμης. Σημειωτέον γε μὴν ὅτι τὸν  
ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς θάνατον οὐκ ἀκούσιον ὑπ-  
έμεινεν ὁ Χριστὸς, ἐθειλοντὴς δὲ πρὸς τοῦτο βαδίζων  
ὁρᾶται, καί τοι ῥᾶστα τὸ πάσχειν διαδρᾶναι δυνάμε-  
νος, εἰ μὴ βούλοιο παθεῖν. Οὐκοῦν τὸ τῆς εἰς ἡμᾶς  
ἀγάπης ὡς καλός, καὶ τὸ τῆς ἡμερότητος ὑπερφυῆς,  
ἐν τῷ καὶ ἐκόντα παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν ὀψόμεθα.

Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς  
αὐτῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς  
φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γερῆσεται μία ποίμνη,  
καὶ εἰς ποιμὴν.

Πολυτρόπως τὸν ἀτακτον περικροτεῖ Φαρισαῖον·  
ὅτι μὲν γὰρ τῆς τῶν προβάτων ἐπιστασίας ὅσον οὐ-  
δέπω παρωσθήσεται, κατάρξει δὲ μᾶλλον αὐτὸς, καὶ  
καθηγήσεται διὰ πολλῶν ὑπεμφαίνει λόγων. Ὑπο-  
σημαίνει δὲ ὅτι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εὐγνωμονεστέροις  
τάς ἐκ τῶν ἔθνῶν ἀναμίξας ἀγέλας, οὐ μόνως ἡγεμο-  
νεύσει τῆς Ἰουδαίων, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς ἄλλην διαβαί-  
νει τὴν γῆν τῆς ἑαυτοῦ δόξης τὸ φῶς, καὶ καλέσει  
πρὸς θεογνωσίαν τοὺς ἀπανταχόσε λαοὺς, οὐκ ἐν  
μόνῃ τῇ Ἰουδαίᾳ γνωστὸς εἶναι καταδεχόμενος,  
ὥσπερ οὖν ἐν ἀρχαῖς, ἀπάση δὲ μᾶλλον τῇ ὑπ' οὐρα-  
νὸν προτιθεὶς εἰς ἀπόλαυσιν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας  
τὴν ἐπιστήμην. Ὅτι δὲ παιδαγωγὸς εἰς εὐσέβειαν  
τοῖς ἔθνεσιν ἀνεδείχθη Χριστὸς ἐκμάθοι τις ἂν καὶ  
λίαν εὐκόλως· μεστὴ γὰρ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τῶν  
ἐπὶ τούτῳ μαρτυριῶν, καὶ ἦν μὲν ὡς εἶοικε παρα-  
τρέχειν οὐκ ἀπεικὸς ἀνέντα τοῖς εὐμαθεστέροις τὴν  
ἐπὶ τούτῳ ζήτησιν, παραθεὶς δ' οὖν ὁμῶς δύο τῶν  
προφητῶν, ἡ τρεῖς περὶ τούτου λόγους ἐρῶ πάλιν  
τὰ ἐφεξῆς. Φησὶ που τοῖσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ περὶ  
αὐτοῦ· «Ἰδοὺ μαρτύριον ἔθνεσιν· δέδωκα αὐτὸν, ἄρ-  
χοντα καὶ προστάσοντα ἔθνεσιν.» Διεμαρτύρατο γὰρ  
τοῖς ἔθνεσιν ὁ Χριστὸς μάθημα τὸ σωτήριον, καὶ δι'  
ὧν ἀνασώζεσθαι χρῆν ἀνυποστόλως εἰπῶν. Μελ-  
φὸς δὲ ὁ θεὸς καθάπερ εἰς θίασον ἕνα τοὺς ἀπαντα-  
χόσε καλῶν, καὶ πρὸς οὐράνιον ἑορτὴν συναγεῖρεσθαι  
τὴν ὑφ' ἡλίῳ κελεύων, «Πάντα τὰ ἔθνη, φησὶ, κρο-  
τήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλ-  
λιάσεως.» Ἄλλ' εἰ τῷ δοκοῖη καὶ τῆς οὕτω λαμπρᾶς  
καὶ ἀοιδίμου πανηγύρεως πολυπραγμανεῖν τὴν αἰ-  
τίαν, εὐρήσει λέγοντα σαφῶς ὅτι· «Βασιλεὺς πάσης τῆς

A priis ac cognatis, simulque hac resumptione  
astruens, se vere bonum esse pastorem. Qui enim  
lupis suas relinquunt oves, merito timidi et mer-  
cenarii nuncupati sunt; qui vero ita paratus est  
ad eas defendendas ut ne mortem quidem detre-  
ctet, jure bonus pastor censeatur. Cum autem ait,  
«Pono animam meam pro ovibus,» quia pastor bo-  
nus sum, Phariseos increpat, et indicat illos eo  
temulentiae ac furoris venturos ut eum morte affi-  
ciant quem minime id pati oportuit, laude vero et  
admiratione dignum haberi et eorum quae fecit  
operum summæque in pascendo industrie ac scien-  
tiæ gratiam accipere. Et quidem notandum est  
mortem pro nobis non invitum sustinuisse Chri-  
stum, imo ultro ei volens se offerre conspicitur,  
quamvis, si nollet pati, nullo negotio passionem  
posset evitare. Igitur in eo quod volens et sponte  
pro nobis passus sit, ejus erga nos dilectionem et  
bonitatis magnitudinem magis ac magis suspi-  
ciamus.

X, 16. *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor.*

Multis modis Phariseos insolentes confundit:  
eos quippe præfectura ovium jamjam deturbatum  
iri, se vero eis præfutura 656 multis verbis  
innuit. Significat vero quod gratioribus ex Israel  
greges e gentibus admiscens, non Judæis tantum  
præerit, sed in universam terram suæ gloriæ  
lumen diffundet, et vocabit ad Dei cognitionem  
omnes undequaque populos, nolens in Judæa sola  
cognosci sicut ab initio, sed omnibus potius qui  
sub cælo sunt, ad perfruendam veram Dei co-  
gnitionem, scientiam proponens. Quod vero præ-  
dagogus gentibus institutus fuerit Christus<sup>69</sup>,  
nullo negotio videre est: plenæ quippe sunt Lit-  
teræ divinæ de eo testimoniis, quæ prætermittere  
non abs re ducimus, relicta studiosioribus eorum  
indagine; verumtamen duobus prophetarum aut  
tribus locis allatis pergam deinceps ad reliqua.  
Ait igitur alicubi Deus ac Pater de ipso: «Ecce  
testimonium gentibus dedi eum, principem et præ-  
cipientem gentibus<sup>70</sup>.» Contestatus enim est ac  
denuntiavit Christus gentibus disciplinam saluta-  
rem, et ea per quæ salvandæ essent protulit. Psal-  
tes vero ille divinus tanquam ad unam celebritatem  
effusus undequaque populos invitans, et ad cœleste  
festum congregari terram universam præcipiens:  
«Omnes gentes, inquit, plaudite manibus, jubi-  
late Deo in voce exsultationis<sup>71</sup>.» Sed sicut libue-  
rit hujus adeo claræ et illustris festivitatis causam  
perscrutari, inveniet clare dicentem quoniam  
«Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter: regnavit  
Deus super omnes gentes<sup>72</sup>.» Et ipsum in-

<sup>69</sup> Galat. III, 24. <sup>70</sup> Isa. LV, 4. <sup>71</sup> Psal. XLVI, 1.

<sup>72</sup> ibid. 8, 9.

duxit alicubi Dominum universis simul gentibus A evangelicam annuntiantem prædicationem. In octavo quippe et quadragesimo psalmo ait : « Audite, omnes gentes, auribus percipite, omnes qui habitatis orbem, quique terrigenæ, et filii hominum, in unum dives et pauper. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei intelligentiam <sup>72</sup>. « Quibus verbis doctrinam Christi in unum comperimus. Itaque ut ad institutum sermonem revertar, gentium multitudinem congregatum iri una cum iis qui ex Jerusalem convertentur, aperte denuntiat. Sed forte dixerit aliquis hujus loci sensum subtilius indagans, Servator alloquens principes Judæorum, et ad homines quibus corodio et invidia æstuabat verba faciens, revelat mysteria. Quid enim, quæso, tales necesse fuit scire imperatorum gentibus, et oves quæ extra 657 Judæam sunt in suas caulas impositurum? Quid igitur ad hoc dicemus aut responderemus? Non quod tanquam amicis mysteria communicet, neque tamen vanam de his expositionem faciat; verum quia sciebat se profuturum quantum in seipso; id enim propositum erat, licet audientibus animus durus esset et intractabilis. Quoniam autem sciebat eos librum Mosis et sanctorum prophetarum prædictiones tenere, et prolixum esse apud prophetas sermonem, fore ut Christus gentes ad Dei cognitionem velut irretiret, ideo rem illis velut signo et documento ponens, quod is ipse manifesto esset olim prædictus et prænuntiat, palam asseveravit se oves quæ non essent ex Judæorum stabulo vocaturum, ut deinceps eum ipsum vere esse crederent, quem sanctorum virorum oracula et vaticinia prædixissent. αὐτὸς εἶη σαφῶς ὁ προηγγελμένος, ὅτι καλεῖται καὶ τὰ οὐκ ὄντα ἐκ τῆς Ἰουδαίων αὐλῆς πρόβατα, διαβ- ἀρτίως αὐτὸν ὄντως ἐκείνων εἶναι πιστεῦσαι, ὅν

X, 17. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam.

Non tantum iis quæ lingua pronuntiata sunt, sed etiam quæ in imo pectore sunt abdita sæpius occurrit: cum enim Deus verus existat, omnium certam habet notitiam. Irridentibus igitur impiis Judæis ejus sermonem et nugari eum putantibus, qui tantopere se suas oves propugnaturum sponderet, ut etiam vitam profundere paratus esset, necessario simul et ex inscitia atque impietate ridentes demonstrat etiamnum reprehendere ausos, cum verbis tum rebus, quod Deus et Pater magno honore dignum ducat. Amat enim me, inquit, propter hoc quod præ summa inscitia et stupore nihili penditis. Quomodo ergo non arrogantes ac prorsus impii estis qui ridiculum appellatis id quod Deo acceptissimum est? Per hæc etiam quodammodo eis significat eos Deo maxime invisos et abominatos. Si enim amat eum qui ponit animam pro commisso sibi grege, omnino necesse est existimare, eum odio dignum ducere, qui cernit lupum

γῆς ὁ Θεὸς, ψάλλετε συνετῶς, ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. » Καὶ αὐτὸν δὲ που τὸν Κύριον ἐν ἰδίοις λόγοις εἰσαγγέχοι πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἔθνεσι τὸ εὐαγγελικὸν περιαιγέλλοντα κήρυγμα. Ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τεσσαρακοστῷ λέγει ψαλμῷ· « Ἀκούσατε, πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, οἳ τε γηγενεῖς, καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιτοαυτῷ, πλούσιος καὶ πέννης. Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. » Ἀληθῆν εὐρήσομεν ὡς μάθημα τὸ διὰ Χριστοῦ. Οὐκοῦν, ἐπανήξει γὰρ ὁ λόγος εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτι τοῖς ἐξ Ἱερουσαλήμ ἐπιστρέφουσι συναγελασθήσεται τῶν ἔθνῶν ἡ πληθὺς, προαγορεύει σαφῶς. Ἄλλὰ τοῦ δὴ χάριν, φαίη τις ἂν, τὴν ἐν τῷ προκειμένῳ διάνοιαν πικρότερον ἐρευνῶν, τοῖς Ἰουδαίων ἡγουμένοις προσδιαλεγόμενος ὁ Σωτὴρ, καὶ πρὸς ἄνδρας μίσει καὶ φθόνῳ διακεκαυμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν λαλῶν, ἀποκαλύπτει μυστήρια. Τί γὰρ, ἐπέ μοι, τοὺς τοιοῦτους ἐχρῆν ὅτι τῶν ἔθνῶν καταρξεί μαθεῖν, καὶ ὅτι τὰ ἐξω τῆς Ἰουδαίας πρόβατα ταῖς ἰδίαις αὐλαῖς εἰσοικεῖ; Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς τοῦτο; τί δὲ ἀπολογισόμεθα; Οὐχ ὡς φίλοις ἀνακοινοῦται μυστήρια, ἀλλ' οὐδὲ εἰκαίαν αὐτοῖς ποιεῖ τὴν ἐπὶ τούτοις ἐξήγησιν· ἀλλ' ἐπειπερ ὠφελήσων ἠπίστατο, ὅσον δὲ ἦν ἐφ' ἑαυτῷ· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ προκειμενον, εἰ καὶ τῶν ἀκροωμένων δυσάλωτος κομιδῆ καὶ πρὸς εὐπέθειαν οὐκ εὐχερῆς ὑπάρχων ὁ νοῦς διέμενεν ἀκαμπῆς. Ἐπειδὴ δὲ τὴν τε Μωσέως συγγραφὴν καὶ τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν μηνύματα διεγνωκότας ἠπίστατο, πολλὸς δὲ καὶ μακρὸς παρὰ τοῖς προφήταις ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη πρὸς θεογνωσίαν σαγηνεύσει· Χριστὸς, διὰ τοῦτο σημεῖον αὐτοῖς ὡσπερ τὸ πρᾶγμα τιθεὶς ἐναργέστατον ὡς τὰ οὐκ ὄντα ἐκ τῆς Ἰουδαίων αὐλῆς πρόβατα, διαβ- ἀρτίως αὐτὸν ὄντως ἐκείνων εἶναι πιστεῦσαι, ὅν

Διὰ τοῦτο με ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ, ὅτι τίθημι τὴν ψυχὴν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.

Ἵπαντὰ πολλάκις οὐ μόνον τοῖς ἡδὴ διὰ γλώττης ἐκπεφωνημένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῷ βᾶθει λογισμοῖς· Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ἀληθινός, πάντων ἔχει σαφῆ τὴν ἐπίγνωσιν. Διαγελῶντων τοιγαροῦν τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον, καὶ ἐπίπειρι εἰς τοσοῦτον τοῖς ἰδίοις προβάτοις συναθλήσειν κατεπιγγέλλετο, καὶ σφόδρα προθύμως, ὡς καὶ πριεθινάναι ἴλιαν ἐτοιμῶς ἔχειν, ληρεῖν οἰομένων ἡδὴ καὶ μαλινεσθαι δοκούντων αὐτῶν [Ἰσ. αὐτὸν], ἀναγκαίως ἡδὴ λοιπὸν ἐξ ἀπαιδευσίας ὁμοῦ, καὶ δυσσεθείας ἀμέτρου τῆς ἐνοῦσης αὐτοῖς διαγελῶντας ἐπιδεικνύει λόγοις τε καὶ πράγμασιν ἐπιτιμᾶν ἐλομένους ἃ πολλῆς οἶδε τιμῆς ἀξιοῦν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ. Ἀγαπᾷ γὰρ με διὰ τοῦτο, φησὶν, ὃ διὰ πολλὴν ἀσυνεσίαν πεποίηθε παρ' οὐδέν. Πῶς οὖν οὐκ ἀλαζόνες, καὶ δυσσεθείας ἀπάσης ἐντὸς, οἱ καταγέλαστον εἶναι φατε τὸ τῷ Θεῷ θυμηρέστατον; Δίδωσι δὲ πῶς αὐτοῖς καὶ διὰ τούτων ἐννοεῖν, ὅτι μεμίστηνται σφόδρα παρὰ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἀγαπᾷ τὸν τιθέντα τὴν ψυχὴν

<sup>72</sup> Psal. xlvi, 2-4.

ὕπερ τῶν προβάτων τῆς ἡγευρισθείσης ἀγέλης, ἀνάγκη δὴ πᾶσα νοεῖν, οὗ βδελυρὸν ἡγήσεται τὸν θεωροῦντα τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀνέντα μὲν τὴν ἀγέλην ἐπιπηδῶντι, καὶ μαινομένῳ, τρεπόμενον δὲ πρὸς φυγὴν, ὃ δὴ καὶ δρώντας ἐξήλεγχε τοὺς ἀρχειν λαθόντας τοῦ Ἰουδαίου λαοῦ, ἦτοι αὐλλῆς. Ἐν ταυτῷ τοιγαροῦν, καὶ θεομισεῖς, καὶ ἀσεβοῦντας ἐλέγχει διὰ τοῦ μὴ καταφριξάι γελαῖν τὸ παρὰ τῷ Θεῷ τιμιώτατον, ἡγαπήσθαι γε μὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διτοχυρίζεται Χριστὸς, οὐχ ὅτι μόνον τίθησι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ὅτι τίθησιν ἵνα καὶ λάβῃ· ἐν γὰρ δὴ τοι μάλιστα τούτῳ τῶν εἰς ἡμᾶς κατωρθωμένων ἀγαθῶν διαλάμπει τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ ἐτεθνήκει μὲν μόνον, μὴ ἐγγήγερο δὲ, τί τὸ πλέον ἦν ἔτι; Κατὰ τί δ' ἂν τὴν φύσιν ὀνήσας ἐφάνη νεκρὸς σὺν ἡμῖν ἀπομαίνας, ὑπὸ τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπεισάκτου φθορᾶς ἀναμιξέ τοῖς ἄλλοις τυραννοῦμενος; Ἐπειδὴ δὲ τέθεικεν ἵνα καὶ λάβῃ, διέσωσεν ὅλην κατὰ τοῦτο τὴν φύσιν, καταργήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος καὶ κτίσιν ἵνα ἀναδείξῃ καινὴν. Ἀγαπᾶται τοιγαροῦν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, οὐχ ὡς ἐξω τῆς ἀγάπης διαμένων, εἰ μὴ συνέβη τὸ καθ' ἡμᾶς· ἦν γὰρ αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς ἀγαπώμενος. Βαδιούμεθα δὲ πρὸς τὴν τοῦ λεγομένου κατάληψιν· τὰ φύσει προσόντα τῶν, ἢ καὶ καθ' ἑξῆς συμβαίνοντα, τότε δὴ μάλιστα χαριεστάτην ἔχει τὴν ἐκφανσιν, ὅταν ἀγῆται πρὸς ἐνέργειαν. Οἶον, τὸ πῦρ ἔχει φυσικῶς τὴν ἰδίαν ἐν ἑαυτῷ θερμότητα· ἀλλ' ὅταν ἐνεργῇ τι περὶ τὰς ὕλας, τότε δὴ μάλιστα τίς αὐτῷ καὶ πόλα δύναμις ἐνυπάρχει διαγιγνώσκουμην. Ὁμοίως ὁ γραμματικῆς τυχὸν, ἤγουν ἐτέρας τοιαύτης τινὸς ἐπιλαβόμενος ἐπιστήμης, οὐκ ἂν, οἶμαι, θαυμάζοιτο σιωπῶν, προστιθεὶς δὲ μᾶλλον εἰς γνῶσιν ἐτέροις τὸ τῆς ἐνούσης αὐτῷ μαθήσεως κάλλος. Οὕτω τοιγαροῦν ἡ θεία τε καὶ ἀρβήτος φύσις ὅταν ἐνεργῇ τι τῶν ἰδίως ἀνακειμένων αὐτῇ, καὶ προσεῖναι πεφικτότων, τότε δὴ μάλιστα καὶ αὐτὴ παρ' ἑαυτῆς χαριεσττέρα φαίνεται, ὁρᾶται δὲ οὕτω καὶ παρ' ἡμῖν. Καὶ γοῦν ἡ σοφία φησὶν ἐν βιβλίῳ Παροιμιῶν· « Ἐγὼ ἤμην, ἢ προσέχαιρε, καθ' ἡμέραν δὲ ἠύφραινόμεν ἔν ἑαυτῷ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε ἠύφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ ἐνηυφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. » Καὶ τὸ χαίρειν αἰεὶ πρόσεστι τῷ Θεῷ, καὶ τὸ ἀτελευτήτων εὐθυμηδίας. Τὸ γὰρ λυποῦν ὅλως τῶν ἀπάντων οὐδὲν ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν· ἀλλὰ προσέχαιρε τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ συντελέσας τὴν οἰκουμένην. Εἰς ἔργον γὰρ ἐνεχθεῖσαν ὁρῶν τῆς ἑαυτοῦ σοφίας τὴν ἐνέργειαν, τότε δὴ μάλιστα χαίρειν φετο δεῖν πλουσιώτερον. Οὕτω τοιγαροῦν κἀνθάδε νοήσωμεν. Ἀγάπη γὰρ ὑπάρχων ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, καὶ οὐκ ἀγαθὸς ἀπλῶς, αὐτὸ δὲ μᾶλλον τὸ ἀγαθὸν, ἐπέπερ οἶδε τὸν ἴδιον Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν τιθέντα διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀγάπης, καὶ ἀσυγκρίτου χρηστότητος τῆς αὐτοῦ φύσεως ἀκριβεῖς ἀποσώζοντα τοὺς χαρακτῆρας, ἡγάπησεν εἰκότως, οὐ μισθὸν ὥσπερ τινὰ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγόνωτων τὴν ἀγάπην αὐτῷ δωρούμενος,

venientem, et relinquit gregem invadenti vertiturque in fugam. Quod quidem facere convincit eos qui Judæorum populo aut stabulo præsumunt. Simul ergo et Deo invisos et impios ostendit, ex eo quod **658** subsannare non vereantur eum qui summo in honore est apud Deum, et se dilectum esse Deo et Patri affirmat Christus, non quia duntaxat ponit animam, sed quia ponit ut et accipiat: in hoc enim maxime collatorum in nos bonorum magnitudo elucet. Si enim tantum mortuus fuisset, nec resurrexisset, quod inde operæ pretium? Et quid naturam juvisset mortuus nobiscum manens, vinculis mortis obseptus, atque invectæ corruptionis tyrannide promiscue cum aliis oppressus? Quoniam igitur posuit, ut et acciperet, universam secundum hoc servavit naturam, debilitata mortis potentia, nobisque alia veluti creatione renovatis. Enimvero diligitur a Deo et Patre Filius, non tanquam extra dilectionem positus, nisi occasio illa de nobis incidisset: erat enim semper dilectus. Et sic quidem dictum interpretemur, quod quæ natura insunt aliquibus, vel etiam per habitum contingunt, tunc maxime grata sese exserunt specie, cum ad effectum perducuntur. Veluti ignis quidem habet naturaliter proprium in seipso calorem; cum verum operatur in materiam et ligna, hinc maxime qualis quantaque vis insit ei, dignoscimus. Consimiliter et grammaticæ vel alterius alicujus scientiæ peritus, non erit, opinor, admirationi si sileat, sed potius si ad utilitatem et cognitionem aliorum partiæ sibi scientiæ pulchritudinem exponat. Sic igitur divina et ineffabilis natura, cum aliquid eorum quæ ipsi proprie competunt et naturaliter insunt operatur, tunc maxime et ipsa apud seipsam gratior apparet, et sic apud nos cernitur. Unde sapientia libro Proverbiorum ait: « Ego eram cui adgaudebat, per singulos dies lætabar in conspectu ejus, in omni tempore, cum lætaretur orbe terrarum perfecto et lætaretur in filiis hominum <sup>74</sup>. » Et lætitia Deo semper inest, atque interminabile gaudium. Nec enim ulla mœroris causa in eum cadere potest, sed omnium rerum potestatem habet; sed adgaudebat suæ sapientiæ perfecto orbe terrarum. Suæ quippe sapientiæ vim et energiam in actum deductam cernens, tunc maxime sibi lætandum censebat. Sic igitur et hoc loco accipiemus. Cum enim Deus et Pater sit dilectio, juxta vocem Joannis <sup>75</sup>, et non simpliciter bonus, sed ipsamet potius bonitas, quando vidit Filium suum, per dilectionem erga nos et bonitatem incomparabilem servantem germanas ac veras suæ ipsius naturæ notas, merito dilexit, non velut **659** aliquam suorum in nos meritorum mœcedem ei tribuens dilectionem, sed, quemadmodum diximus, veritatem suæ ipsius substantiæ genuinam in Filio conspiciens, ac veluti quibusdam necessariis et ineluctabilibus naturæ illecebris ad id invitatus. Quemadmodum igitur si

<sup>74</sup> Prov. viii, 30, 31. <sup>75</sup> 1 Joan. iv, 8.

quis nostrum formæ exactum et vivum characterem inspicens, affectum amoris intendit, maxime cum eum intuetur, ad eundem, opinor, modum Deus ac Pater diligere Filium dicitur, ponentem pro nobis suam animam, et rursus accipientem. Dilectionis enim opus elegisse pati, idque cum ignominia propter aliquorum salutem, et non mori duntaxat, sed et depositam animam resumere, ut morte mortem afficeret, et omnem ex morte et corruptione mœrorem abstergeret. Dilectus igitur existens semper propter naturam, dilectus fuisse etiam censebitur, quod per dilectionem nostri Genitorem suum oblectaverit, cernentem illinc omnino puram, ac vividam nulloque fuco elucentem suæ ipsius naturæ imaginem.

θῆσεται καὶ διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀγάπης καλῶν εἰς τεύθειν ὄραν ἀθόλωτον παντελῶς καὶ ἀπαραιοτήτως

ἄλλ' ὡσπερ εἰρήκαμεν, τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ τὸ γνήσιον ἐν Υἱῷ θεωρῶν, καὶ φύσεως ὡσπερ τισὶν ἀναγκαίοις τε καὶ ἀπαραιτήτοις ὄλοις πρὸς τοῦτο καλούμενος. Ὅσπερ οὖν εἰτις τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν ἰδίῳ τέκνῳ τυχὸν τῆς οικείας μορφῆς ἀκριβῆ τὸν χαρακτήρα καταθεώμενος, αἰρεται πρὸς ἐπίτασιν ἀγάπης ὅτε μάλιστα βλέπει κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τὸν τρόπον ὃ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀγαπῆσαι λέγεται τὸν ἴδιον Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν τιθέντα τὴν ἰδίαν ψυχὴν, καὶ αὐθις λαμβάνοντα. Ἀγάπης γὰρ ἔργον τὸ καὶ παθεῖν ἐλέσθαι, καὶ τοῦτο ἀθόλωτος διὰ τὴν τιμῶν σωτηρίαν, καὶ οὐχ ἔπως τεθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐθις τὴν τεθεῖσαν ψυχὴν λαβεῖν, ἵνα νεκρώσῃ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φθορᾶς ἐλάση κατῆφειαν. Ἀγαπητὸς οὖν ὑπάρχων αἰεὶ διὰ τὴν φύσιν, ἡγαπηθῆσαι νοηθουμένηαν τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα· ἐπειπερ ἦν κἀνεκλάμπουσαν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως τὴν εἰκόνα.

## ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

<b>S. CYRILLUS, ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.</b>	
EXPOSITIO IN JOANNIS EVANGELIUM.	9
Proœmium.	9
LIB. I. — CAP. I. — Quod æternus sit et ante sæcula Unigenitus.	20, 25
CAP. II. — Quod Deus, et consubstantialis Patri cum sit Filius, in propria est hypostasi, similiter autem et Pater.	30
CAP. III. — Quod Deus secundum naturam, nec ullo modo, aut minor, aut dissimilis Patri sit Filius.	38
CAP. IV. — Adversus eos qui dicere audent, aliud esse internum et naturale in Deo et Patre Verbum, et aliud quod Scripturæ divinæ appellant Filium. Est autem Eunomianorum error istiusmodi.	54
CAP. V. — Quod natura sua creator sit Filius cum Patre, ut qui ex ejus est substantia, et non tanquam minister ad id assumptus.	78
CAP. VI. — Quod vita secundum naturam sit Filius, atque ideo non creatus, sed ex substantia Dei ac Patris.	86
CAP. VII. — Quod lux secundum naturam sit Filius, et proinde non creatus, sed ex substantia Dei ac Patris, ut lux vera de luce vera.	94
CAP. VIII. — Quod solus Dei Filius sit vera lux, creatura non item, cum sit lucis particeps, utpote creata.	111
CAP. IX. — Quod hominis anima ante corpus non existat, neque ob præcedentia peccata corpore includatur, ut nonnulli asserunt.	123
CAP. X. — Quod solus secundum naturam Filius ex Patre sit unigenitus, ut ex ipso, et in ipso.	173
LIB. II. — CAP. I. — Quod non per participationem, neque ut ascititius est in Filio sanctus Spiritus, sed ei substantialiter et secundum naturam inest.	190, 194
CAP. II. — Quod in creaturarum numero non sit Filius, sed supra omnes, ut Deus de Deo.	266
CAP. III. — Quod Deus et ex Deo secundum naturam sit Christus.	274
CAP. IV. — Quod non per participationem sint in Filio quæ Dei ac Patris sunt propria, sed substantialiter, et secundum naturam.	279
CAP. V. — Quod Filius non sit inter adorantes quatenus Verbum est ac Deus, sed cum Patre potius adoretur.	303
CAP. VI. — Quod non minor secundum virtutem aut operationem sit Patre Filius, sed æqualis potestatis, eique similis, ut ex ipso secundum naturam.	350
CAP. VII. — Quod nulla dignitas aut excellentia divina ex participatione, vel ascititia sit in Filio.	366
CAP. VIII. — Quod Deus et ex Deo secundum naturam cum sit Filius, et perfectissima Genitoris imago, æqualem cum ipso honorem et gloriam obtinet.	367
CAP. IX. — Quod non minor sit Deo ac Patre Filius, sed in omnibus pari potestate præditus, ut Deus de Deo.	386
LIB. III. — CAP. I. — Cur non solum lucerna, sed ardens et lucens, beatus Baptista dictus sit a Christo.	399

CAP. II. — Quod imago Dei ac Patris sit Filius. Ubi Judæi etiam reprehenduntur, quod non intelligant quæ a Mose figurate scripta sunt.	410
CAP. III. — Salvatoris adventum Moses nuntiavit.	427
CAP. IV. — Quod pierumque Christi migrationes ex Jerusalem significant translatum iri gratiam in gentes. Ubi sermo quoque est de quinque panibus hordeaceis, et duodecim pisciculis.	434
CAP. V. — Quod character substantiæ Dei ac Patris sit Unigenitus, nec alius ab ipso character aut sit, aut intelligatur.	483
CAP. VI. — Manna typus erat Christi adventus, et gratiarum spiritualium quæ per ipsum traduntur.	496
LIB. IV. — CAP. I. — Quod nulla in re minor sit Deo ac Patre Filius, propterea quod ex ipso secundum naturam existit, licet ei subjeci dicatur a nonnullis.	530
CAP. II. — Quod vivificum sit sanctum Christi corpus, ubi veluti de pane loquitur suo corpore.	559
CAP. III. — Quod vitæ aliunde acceptæ particeps non sit Filius, sed vita potius secundum naturam, ut ex vita secundum naturam, Deo nimirum ac Patre, genitus.	586
CAP. IV. — Quod sanctum tabernaculum quod in deserto populo præferebatur figura Christi erat, et quod arca quæ in eo erat, et lucerna, adeoque altaria, cum thymiamatis tum oblationum, significabant Christum.	614
CAP. V. — Festum Scenopegiæ spei quæ sanctis debetur restitutionem significat, et resurrectionem a mortuis.	631
CAP. VI. — Dissertatio de cessatione in die Sabbati, ubi quid illa significet multis modis indicatur.	671
CAP. VII. — Dissertatio de circumcisione in die octava, quæ ea significantur variis modis indicat.	686
LIB. V. — CAP. I. — Quod non horis, ut perperam Græci sentiunt, velut ex necessitate quadam res humanæ subjaceant, sed voluntate nostra feramur in bonum sive malum. Et quod Dei nutu gubernemur.	706, 719
CAP. II. — Quod post Servatoris crucem, et resurrectionis tempus a mortuis, firmiter in nobis Spiritus sanctus inhabitaverit.	750
CAP. III. — Quod Christus nec Judæorum robore, nec aliorum nila vi ac necessitate adactus, mortem in cruce passus sit, sed ipse ultro pro nobis eam pertulerit ut omnes servaret.	794
CAP. IV. — Quod secundum naturam suam sit Filius, creatoris non similis quoad substantiæ rationem.	803
CAP. V. — Quod non minor sit Deo ac Patre Filius virtute et sapientia, sed ipsamet potius sapientia et virtute ejus.	831
LIB. VI. — CAP. UNIC. — Morbi corporei ex præcedentibus animæ peccatis nemini accidunt, sed neque peccata patrum filiis, aut quorumvis Deus illis infert, puniens eos qui nihil deliquerunt, sed justam de omnibus judicium fert.	891, 939

FINIS TOMI SEPTUAGESIMI TERTII.

Parisiiis. — Ex Typis J.-P. MIGNÉ.